

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja krakowska, wariant wawelski

Rękopis Biblioteki Polskiej Akademii Nauk w Kórniku, sygn. 800 (Kodeks Działyńskich IV), s. 102–145

Edycja krytyczna: Maciej Mikuła

Artykuły rozpoczyna ozdobny inicjał wysokości dwóch wersów oraz tytuł napisane czerwonym inkaustem. Także oznaczenie „In Colmensi“ wprowadzono czerwonym inkaustem. Numeracja oryginalna kopisty nie odpowiada wyodrębnionym przez niego przepisom. Pozostawiono pisownię audiuerit oraz niejednolitość pisowni opportet/oportet, ecciam/eciam, equum/equum.

[s. 102] Incipit prologus libri iuris municipalis sive^a civilis de Theutunico translatus in Latinum etc.

In nomine Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. [s. 103] Primo dicit de summa Trinitate et fide, et hoc opus locatum est supra firmum fundamentum, de quo dicit Apostolus: Fundamentum aliud nemo ponere potest, preter illum, quod positum est, quod est Christus. Ubi enim Christus fundamentum non est, ibi nullius boni potest esse edificium ad invocationem summe et individue Trinitatis. Exemplum laudabile me compellit et racio violenta, quia hoc a maioribus factum esse dinoscitur, quod a minoribus sit completum. Et mos retinendus est fidelissime vetustatis, licet enim non sit exemplis, sed legibus iudicandum, verumptamen exemplum potest sequi aliquis maxime, ubi recte factum est aliquod intuetur. Ad probandum, siquidem quod in quolibet principio a gloria Trinitatis debeat auxilium peti, sola racio sufficere potest, cuiuslibet enim rei potissima pars est principium, et ex hiis, que ^b] inordinate inchoata sunt, non potest ordinabiliter agi. Quod per se patet, qualiter et bene et laudabiliter omnia geruntur, si principium fuerit decens et amabile Deo, et vix est, ut in bono peragantur exitu, que malo inchoata sunt inicio. Quibus omnibus [/] lluce clarius appetit, quod finis laudabilis a bono [/] dependet principio et tanquam suo maiori subiacet et in maioribus maius vertitur et ibi caucus est agendum. Ipsa est enim benedicta Trinitas, in cuius nomine et consilio omnis actus {actus} progredietur. Sic enim ad omnipotentis Dei auxilium debemus oculos erigere, ut in armis sciencie et eloquacie iaculis confidere valeamus, sed omnem spem, omne propositum erigamus ad providenciam Trinitatis, ipsa enim laborantibus aurem apperet et inclinat: Apprehendite etenim disciplinam et sapienciam, nequando irascatur dominus et pereatis de via iusta [Ps 2,12]. Nos sermo propheticus exhortat, felix exhortacio, dulce consilium; qui enim apprehendit sapienciam, Christum, ut verum, fateor, apprehendit. Ipse enim est sapiencia, iusticia, veritas, fortitudo, sanctitas. Et qui ignorat sapienciam et Scripturas, Christum ignorare scripture testimonio perhibetur. Cristus etenim Dei virtus est sapiencia, ignorancia autem Scripturarum ingnominia est Christi iuxta

apostolicum apprehendit siquidem sapienciam, qui insipienciam procul pellit, egressus enim unnius alterius operatur [*s. 104*] ingressum. Cum renunciatur improbitati, nanciscitur virtus. Qui enim sapienciam non apprehendit, improperabitur ei a Domino, et ideo sacerdocio non fungetur et in tenebris ignorancie latitans, mentis oculis execatus iusticiam invenire non poterit. Sine qua et si ceterarum virtutum in ipso fulgeant radii, pro nihilo reputantur, ipsa enim est, que inter ceteras virtutes perfectissima dicitur, que iura omnibus distribuit et ex causa iusticia appellatur, ut legitur in auctoritatibus, ut omnes obedient iudicio. Hec est enim illa virtus laudabilis, que diffinizione nobili diffinitur. Iusticia ergo est constans et perpetua voluntas, ius suum cuique tribuens, que concupiscencie conatus sua virtute comprimit ac desiderat refrenare, ut in prohemio decretalium. Cum igitur subiectum libri presentis nullum sit aliud ponere preter iudicium et iusticiam, felix liber cui tam nobile famulatur subiectum, felix, inter cuius ubera liber iste tamquam mire fasciculus poterit comorari. Merito igitur, qui opus tantum agreditur, ut librum signatum septem sigillis apperiat, summe Trinitatis [/] expetet et imploret. Ego si quid inter ceteros lectores minimum me reputans non ignorans, excusare me deberem, cum propheta dicente: ·A··a··a· Domine Deus, ecce^d nescio loqui, qui puer ego sum [Jr 1,6], quoniam altus est puteus sapiencie, et non est cum quo hauriam, quemadmodum mulier Chananea^e, cum de Dei omnipotentis, qui aquam vivam distribuit et largitur, confisus minime opus presens aggredior spem gerens firmissimam, quod de fonte graciarum suarum ad ¶ scci ¶ siccitatem meam rivulum derivando, de pane sue consolacionis, ne in via deficiam, buccelam michi porrigat. Ne igitur m prolixitas, que frequenter parit fastidium, sermonem protrahat in inmensum, sed attendens, quam omne artificium per exercitum recipit incrementum, non in armis sciencie vel eloquacie iaculis confisus, sed omnem spem, omnem propositum referens ad omnipotentis Dei legis consilium, que est omnium vera salus. Sed quoniam scriptum est, ut nemo ¶alcionem ¶ alciorem locum in scolis teneat, nisi cui laboris assiduitas et studiorum prolixitas suffragatur, ego fundo principium super lapidem angularem, [*s. 105*] qui est Christus Ihesus, Alpha et Omega, et principium et finis.

Hic finitur prologus.

^a w rkps. sine; ^b w rkps. podkropkowane jako skreślenie inodera; ^c w rkps. podkropkowane jako skreślenie depd; ^d w rkps o me; ^e w rkps. Chanane a; ^f skreślone ręką pisarza podstawy

[hasła: prolog]

Incipiunt iura municipalia

[1] De Cezare Othonе, qui fundavit templum in Meydburg et dedit cuilibet municipale ius ac de iudicio consulum etc. [^a]

[C]esar^b Octo Ruffus fundavit templum in Maydburg et dedit civibus municipale ius secundum eorum arbitrium et secundum consilium seniorum. Extunc arbitrati sunt quod eligerunt scabinos ad diuturnum temporis et consules ad unum annum, qui tunc

fecerunt iuramentum et nunc singulus annis iurant, dum eliguntur, ius ac profectum [/] et honorem custodire civitatis et agere, quanto caucius ac melius sciant aut possunt, cum consilio et iuvamine seniporum [s] seniorum consules exponunt suum conventum secundum suum placitum ac voluntatem cum consensu seniorum. Consules ecciam habent potestatem iudicandi super quamlibet vacuam mensuram ac pondera iniusta et coretos iniustos et qualibet cibi aut potus mercimonia. Et quicumque hoc violaverit demeretur tres Sclavicas marcas que faciunt xxxvi solidos. Quando consules suum conventum exponunt, extunc quitquid ibi statutum fuerit aut compromissum in isto conventum firmum et inviolabiliter debet observari. Et quicumque ad conventum venire neglexerit dum signum datur per campanam demeretur sex denarios. Si sibi conventus pronunciatus fuerint demeretur quinque solidos.

^a puste 14 wierszy; ^b miejsce na zdobiony inicjał C

[hasła: rajca, ławnik, rada, starsi, Magdeburg, cesarz, kadencja, miara, waga]

[2] De pena penasticarum erga Consules. II

Qui penastici vocantur, si in aliquo delinqueri ^a demerentur vel si in aliquo delinquerint in statutis aut civitatis, ita ut civitatis aut consulum decreta violaverint, si in hoc convicti fuerint, demerentur cuttim cum crinibus aut tres solidos. Et hoc arbitrio consulum committitur, quod horum recipere velint. Quando [s. 106] penesticus consulum aut civitatis statutum infringerit foro infrunito, itaque quod crines cum cutte demeretur et cum pecunia redimet, hic manet sine iure et non potest a modo aliquod forum comestibilem absque consulum aut civitatis consensu exercere aut si alii homines communitatem seu fraternitatem habent in comestilibus, consulum sine civitatis premissum, seu hos opportet emendam dare secundum ius et edictum civitatis, et non possunt ulterius aliqua comestabilia vendere, nec communitatem acquirere absque consensu consulum et civitatis.

^a skreślone ręką autora podstawy

[hasła: kupiec, rajca, cech, cena, kara na skórze i włosach, targ, statut, wilkierz, zezwolenie, nawiązka]

[3] De modis et mensuris. III

Si metrete aut alie masure parve seu iniuste fuerint aut pense iniuste, hoc consules bene agere possunt secundum honorem civitatis aut xxxvi solidis emendare.

[hasła: miara, waga, kara, rajca, nawiązka]

[4] Qui dies dimittur legati seu tria sunt magna iudicia. IIII

Ille summus iudex, qui in Meydeburg iudicio presidet, hoc est castellanus, qui sedet circa iudicia provincialia in anno: unum in die sancte Agathe, secundum in festo sanctorum Johannis et Pauli, tertium in octava sancti Martini. Si venerit ali[us] quod horum iudiciorum ad diem celebrem aut feriatum, extunc iudicium suum ammissit. Et si scultetus aut solus castellanus ad iudicium non venerit, quia scultetus castellano primam sententiam debet invenire, et si scultetus non venerit ad castellanum, extunc x talenta demeretur, nisi legale impedimentum sit, quod probare poterit et ius dictaverit. Quitquid criminali cause factum seu commissum fuerit xiiii diebus ante iudicium, hoc castellanus iudicare habet et nemo alius.

[hasła: Magdeburg, sędzia, kasztelan, sądy wielkie, sołtys, przestępstwo, roczek, posiedzenie]

[5] De stupro, obsidio et irreverenciis domicicularum. Quinto

Stuprum et obsidia et irreverenciam domiciliorum iudicat castellanus et nemo alias. Sed si castellanus paratus esse non poterit, extunc cives eligunt unum iudicem loco castellani, pro excessu manifesto. Castellani pena et recompensa, quid aquisitum fuerit bannito iudicio, debet solvi ad sex ebdomadas. Pena castellani tria talenta, pena sculteti octo solidi. Quando castellanus surgit et iudicavit, tunc iudicium suum expiravit et statim iudicium disposuit sculteti a proximo die ad duas ebdomadas.

In Colmensi. *[s. 107]* Pena sculteti secundum Colmense quatuor solidi alias xvi quadrantes.

[hasła: Magdeburg, burgravia, zasadzka, podpalenie, napad na dom, kasztelan, sąd, kara sądowa, termin, zapłata, wynagrodzenie]

[6] De tribus iudiciis legalibus scolteti facto. VI

Scultetus eciam habet tria iudicia legalia in anno: unum in Epiphania Domini aut die sequenti, secundum feria tercia post festum vel conductum Pasce, tertium tercia feria post festum Trinitatis. Post hec disponit sua iudicia continue ad duas ebdomadas. Si dies iudiciales *[s.]* evenierit ad diem celebrem, iudicium ^a bene potest ultra diem unam aut duas post diem celebrem iudicium suum disponere. Iudicium sculteti nemo habet hominum iudicare, nisi scultetus solus aut preco, nec suus famulus. Quod si scultetus in domo non fuerit et si criminale nephas exortum fuerit, cives statuent unum iudicem pro crimine manifesto. Scultetus etiam debet habere legalitatem a domino terre et cum eo debet esse feodatus et verum suum feodium debet et legitime natus de terra.

^a obramowane w znaczeniu skreślenia, zapewne przez autora podstawy

[hasła: sołtys, termin, dzień świąteczny, sługa, wymóg, lenno]

[7] De rapto, vulneratore et convicto eset fideiuss[i]onis coadiutor. VII

Quod si homo vulneratus fuerit si clamorem proclaimaverit et si ceperit hunc, qui ipsum vulnerat et eum ad iudicium usque deduxerit. Et tunc [/] ipsum cum hiis, qui suum clamorem audierunt protestare poterit metseptimus proprius est eum vincere, quam ipse possit evadere. Pro vulnere manum, pro homicidio collum. Si vulnus profunditatem unquis et longitudinem membra habuerit, acquirit homo duellum pro uno w [s] vulnere, et si victor fuerit, victus ammittit pro vulnere manum, pro homicidio collum.

[hasła: zranienie, skarga, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, bliższość do dowodu, kara ucięcia ręki, kara śmierci, ścięcie, rana]

[8] De inculpacione nocturnali. VIII

Si contingit criminale nephas aut conflictus nocte vel die et si probus vir pro eo accusetur, proprius est evadere metseptimus, quam iste possit super eum protestari, quia in isto loco conflictus per neminem visus est.

[hasła: przestępstwo nocne, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, bliższość do dowodu]

[9] Qui potest iudicare pro peccunia absque testimonio. IX

Nec castellano, nec sculteto tenetur scabinus nec civis aliquem sentenciam extra veros dies iudiciales diffinire, nisi sit factum manifestum, ut vulnera mortalia vel furtum seu alia criminalia. Castellanus ut et scultetus bene possunt omni die iudicare pro debito, pro quo absque testimonio agitur, nisi sit civis agat contra hospitem, vel hospes contra civem pro debito cum testimonio, de quo alter alteri fassus est, quod bene iudicari potest sine mora. Et si uni ad/s. 108jiudicatur debitum, debet solvere sequenti die, quod tenetur. Sed hospitem iurare opportet, quod sit alienigena et ita remota domicilia habuerit, quod die una ad iudicium venire non possit.

Secundum Colmensem mettertius.

[hasła: sołtys, kasztelan, wyrok, rana śmiertelna, zranienie, zabójstwo, kradzież, gość, dług, sąd gościnny, mieszczanin, sąd, samotrzec]

[10] De querimonia, que pernoctaverit pro vulneribus. X

Quod si vir vulneratus fuerit et ea die iudicium non quesierit et sua querimonia pernoctaverit et, qui inculpatum, comparuerit, evadet eum metseptimus suis vicinis,

quam iste possit protestari. Sed si tribus iudiciis non comparet, quarto iudicio describet, ita tamen, si iusto modo citatus super ipsum conquestus fuerit.

[hasła: zranienie, skarga, zwłoka, uwolnienie od skargi, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, sąd]

[11] De stupro et obsidiis et irruenciis domiciliorum et iure burgrabii. XI

Stuprum et obsidium et irruenciam domiciliorum burgrabius iudicat nec alter ullus. Si aliquis irruit super alterius domicilium tempore nocturno aut diurno, temerario violentia, precedente nulla querimonia, et si in manuali facto deprehensus fuerit et cum clamore, et si clamorem cum auditoribus metseptimus suorum vicinorum hoc ostendendo probare poterit secundum iuris exigere, malefactor collum demeretur. Si autem manifestum [/] {manifestum} non fuerit, extunc proprius est evadere metseptimus, quam aliquo testimonio vinci possit.

[hasła: gwałt, napad na dom, zasadzka, burgravia, skarga, gorący uczynek, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, bliższość do dowodu]

[12] De vulnerato multis vulneribus. XII

Quicumque vulneratus fuerit, si clamorem proclamaverit et ad iudicium pervenerit, de quocumque querulant, qui presens fuerit, et si habuerit hos, qui suum clamorem audierunt, et quot vulnera habuerit, tot homines potest inculpare. Si autem hii homines comparuerint, duellum in ipsis aquirere potest. Si autem plures iudicialiter manifestaverit, quam vulnera habuerit, alii omnes evadent suo iuramento, quivis metseptimus.

[hasła: zranienie, skarga, rana, uwolnienie od skargi, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik]

[13] De obligatione pignorum. XIII

Obligat aliquis mercimonia aut aliqua bona pro debito ex parte iudicii, et ille pronunciat tribus iudiciis, ut est iuris, et quarto iudicio super eo dominio receperit aut appropriatum sibi fuerit, et recognoscencie domini dederit coram iudice et scabinis. Et iste imposterum ad repetendum sua bona pervenerit, qui possidet proprius est suum pignus servare cum scabinis et iudice, quam ille, qui caret possessione.

[hasła: zastaw, towary, dobra ruchome, ruchomości, dług, termin, roczek, sędzia, ławnik]

[14] [s. 109] Si mulieri nihil resignatum fuerit et maritus moriatur. XIVII

Si aliquis ducitur uxorem et si vir de hanc luce decedit, uxor nichil habet in suis bonis, nisi sibi dederit pro dotalicio et vite provisionem pro eius vita in iudicio banito. Nulla mulier potest vite provisionem, nec dotalicium hereditarie conservare. Et cum moritur, ad heredes mariti sui revertitur. Quod si sibi maritus mulieri nihil in suis bonis dederit, in possessione bonorum sui mariti debet permanere, et pueri sibi necessaria ministrabunt, eousque in viduitate sine marito voluerit permanere. Si vir oves habuerit, quas mulier ad suppelectilia recipiat. Et si pueri velent mulieri dotalicium infringere, servare potest testimonio virorum ac mulierum metseptima, qui tunc presentes fuerint. Si vir pueros habuerit, aut mulier, quicumque ex eis exhereditati fuerint, si moritur vir, hii pueri, qui in hereditate patris sunt, recipiunt, sed hereditatem vendere non possunt absque heredum consensu. Hii pueri, qui in potestate patris mortis tempore fuerunt, si ex hiis unus [/] moritur, istius partem inter se dividunt equaliter, tam exhereditati, quam domestici.

In Colmensi. Dividit uxor cum viro bona per medium, si bona directe ad virum spectant et e converso.

[hasła: żona, mąż, wdowa, wiano, sąd wyłożony, uposażenie, gerada, dziecko, współprzysiężnik, samosiódem, przysięga, wydzielony, dziedzictwo, spadek]

[15] De publicacione seu fiscacione possessione [s]. XV

Quando alicui sua bona possessio publicata fuerit iuste ac iudicialiter, quociens exit vel intrat, tociens penam iudici demeretur, ita si publicacio super ipsum rite ac iuste sit aquisita.

[hasła: multka, kara sądowa, konfiskata]

[16] Quitquid masculus dat sub anno. XVI

Quitquid masculus dat sub [b]anno, si possidebit pacifice ac quiete absque contradictione anno {anno} et die, hoc proprius est ac melius obtinere proprius potest cum iudice et scabinis, quam aliquis ab ipso possit exbrigare. Quod si iudex et scabini mortui fuerint, quod tamen bene cum aliis fidedignis ad minus duobus scabinis et quatuor viris veris probitate probatis testimonio deponi potest, et sic bona sibi donata possidebit.

[hasła: transakcja, rok i dzień, termin, spokojne posiadanie, sędzia, ławnik, świadek, współprzysiężnik]

[17] De dono in egritudinis lecto. XVII

Nemo masculus nec nulla mulier possunt in lecto [s. 110] egritudinis de suis bonis alicui ultra tres solidos dare absque heredum consensu seu voluntate, nec uxor sine viri consensu.

[hasła: darowizna *mortis causa*, zgoda, żona, mąż]

[18] De hereditate fratre et sorore carente. XIX

Quod si hereditas in fratribus seu sororibus defectum habuerit, extunc omnes hii, qui se linea equali consanguinitatis ostendere poterint, in hereditate succedunt equaliter. Qui autem in possessione, si bene sit aut manserit, tamen recipit suppelectilia, quod si puella nulla fuerit. Si autem puella et sacerdos fuerint, tunc suppelectilia inter se dividunt.

[hasła: dziedzictwo, spadek, siostra, brat, pokrewieństwo, gerada, kapłan]

[19] Memoriale ad iudicium avandi [s] sunt. XX

Quitquid masculus dat in iudicio bannito coram iudicio et scabinis, ibi recipiens dat unum solidum pro doni cognizione, quem recipiunt scabini.

[hasła: sąd wyłożony, sędzia, ławnik, pamiętne, darowizna, transakcja]

[20] De debito necessario, quem acquisito et de debito requisi[si]to. XXI

Quicumque aliquem coram iudicio impulsaverit, si debitum coacto iure consecutus fuerit, opportet eodem die solvere et iudex in eo suam penam acquisivit. Si autem querimonia [/] facta fuerit super aliquem pro debito, de quo fatetur, solvere tenetur infra duas ebdomadas, et si ad tempores vel tempore statuto debitor non solverit, extunc iudex in eo penam suam acquisivit. Extunc solvere mandat ad viii dies, deinde ad tres dies, extunc die sequenti. Quociens tunc mandatum debitor adimplere neglexerit, tociens penam in eo iudex acquisivit. Si penam iudici et debitum debitori contempserit, extunc fiscatur sua possessio. Per hoc compellitur, quod debitum creditori et penam iudici persolvat. Si autem possessione caruerit, extunc banno compelletur, extunc bene potest comprehendendi, ubi visus fuerit pro debito et pena. Et quicumque ultra hoc tenuerit, penam iudici demeretur.

[hasła: dług, skarga, świadczenie, termin, dłużnik, sędzia, mulkta, kara sądowa, wierzyciel, posiadanie, kara]

[21] De volente visitare limina sanctorum. XXII

[§1] Si aliquis ad limina sanctorum aut ad nundinas extra provinciam ire voluerit, et ipsum pro debito impedire voluerit, hoc fieri non debet, oportet suum ius recipere coram suo iudice.

[§2] XXIII. Et si uni testimoni adiudicatum fuerit, inducias trinas duas ebdomadas obtinebit, [s. 111] quodcumque elegerit aut iudicio proximo.

[hasła: podróż, dług, sąd, termin]

[22] Scabino in iudicio redarguto. XXIIII

Quicumque scabino in scamno iudicali improperaverit aut turpibus verbis obruerit, scabinus lucratur suam emendam XXX solidos, et iudex suam penam acquirit. Obruitur autem scabinus, postquam sua sentencia diffinita sit et consensus aliorum scabinorum preteriit extra omnes emendas acquirunt et iudex penas, et quos emende fuerint, tot iudici pene aquiruntur.

In Colmensi. Consuli et scabino ferto cuilibet et quod fertones, tot sculteto quatuor solidi.

[hasła: ławnik, ława, obraza, kara sądowa, mulkta, nawiązka, wyrok, rajca]

[23] De testimonio concordie iudicialis. XXV

Quando concordia inter discordantes coram iudicio ordinata fuerit aut diuturnus fremitus, hoc protestari potest cum iudice et scabinis. Quod si scabini mortui fuerint, nil protestatur cum hominibus fidedignis, qui iudicio affue[li]runt. Quitquid scabini protestantur et affinant, hoc et iudex debet cum eis protestari, simul et confirmare. Sed sibi concordia extra iudicium ordinata fuerit, hoc facilius potest probare vir cum septem testibus, qui interfuerunt et viderunt [^a] concordiam esse factam.

In Colmensi. Arbitri quecumque recogoverunt, licet extra iudicium sit concordia facta vadit in rem iudicatam.

^a zapewne omyłkowo wpisane coi

[hasła: ugoda, sąd, sędzia, ławnik, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, arbiter]

[24] De concordia et satisdacione. XXVI

Ubi concordia et verus fremitus diuturnus coram iudicio confirmata fuerit, si ipsum violat adversa pars, et si vincetur, ut ius dictaverit, cum iudice et scabinis, pro vulnere manum, pro homicidio collum. Si autem contingere vel alter eam infringeret, hunc

tamen emenda satisfacere oportet, pro vulnere IX talenta, nisi se poterit excusare secundum edictum iuris.

[hasła: ugoda, sąd, sędzia, ławnik, ucięcia ręki, kara śmierci, nawiązka, zapłata, wynagrodzenie]

[25] De empacione inculpati filii jurando per patrem et quando testes et actor iurare debet. XXVII

[s. 112] Quod quivis vir potest filium suum ter excipere, quem habet in potestate, coram iudicio pro quolibet crimine capitali tacta [s] sacramento metseptimus secundum ius municipale. Simili vir potest filium suum, quem habet in potestate, tribus vicibus exemere, ubi ad collum vel ad manum pertransit. Quarta vero vice ipsum propria in persona respondere oportet, et puerem in suo iure non impediet, si bene filius prius respondisset. Si autem pater cum filio pro eodem crimine coram iudicio inculpati fuerint, extunc pater filium eximere non potest, nisi prius de eodem crimen se expurgabit. Famulus potest maritum [s] suum, quod promeruit, quinque solidos tacto sacramento probare, ita si sibi dominus consentire voluerit. Si autem dominus iuraverit tacto sacramento mettercius, quod sibi persolvit, tunc proprius est evadere, quam famulum obtainere. Si autem famulus suam merdecem super dominum suum obtinuerit coram [/] iudicio, pro eo dominus nullam penam iudici demeretur, sed dominus famulo eandem mercedem die eodem solvere tenetur indilate. Si alter alterum pro vino vel alio potu inculpare voluerit, evadit ut aliud debitum, in quo nullum dominium ostendere poterit aut protestari.

[hasła: syn, ojciec, zastępstwo, przysięga, samosiódem, współprzysiężnik, kara śmierci, kara ucięcia ręki, przestępstwo, sąd, sługa, pan, uwolnienie od skargi, samotrzeć]

[26] De dono viro ac mulieri asignato, et si mulier absque herede moriatur. XXVIII

Donum, quod mulieri vel viro datum fuerit in iudicio bannito, in eo mulier cum sua parte sive dono pro suo arbitrio facere potest absque omni contradictione quitquid voluerit. Idem potest vir cum parte sui doni, quitquid deliberavit modo simili, quam ipse suscepit. Si moritur femina absque herede, ita quod nullum heredem a suo marito peperit, ipsa hereditat sua successoria, seu prospera fortuna acquisita super suum proximum naturalem successorem, sive sit masculus sive femina, qui sibi sit paris condicionis. Insuper omne aurum et argentum informatum, et omnis siligo et carnes cum cervisia, vino et pane, *[s. 113]* que vel quot aut quantum post tricesunum permanserit, hoc cedit heredibus et non mulieribus, exceptis pulmentariis, de quibus mulier recipiet medietatem, heredes viri aliam recipiunt partem.

Discrepat hic Colmense. Quia si moritur mulier sine prole, extunc proximi mulieris medietatem omnium bonorum, qui directe ad eos pertinebatur, recipient et dicitur directe, quia forsitan viri aut mulierum prevignus vel previgna ibi fuerit cuius bona

paterna aut materna, quorum bona dicti prevignus vel previgna ratione paternorum vel e converso tollunt. Vir vero vel mulier, qui supervixit, quarta parte gaudet. Prevignus vero vel previgna ratione patris vel matris non mortui aliam quartam partem sublena sunt.

[hasła: darowizna, wiano, uposażenie, żona, sąd wyłożony, sprzeciw, dziedzic, mąż, dobra nabyte, spadkobierca, równy stanem, srebro, złoto, gerada, dobra ojczyste, dobra macierzyste, dziecko]

[27] De hiis, que ad hereditatem pertinent. XXIX

Statuta sunt, que ad hereditatem pertinent: omne aurum et argentum informatum, omnia vasa argentea, [/] et tela, que non est incisa aut formata ad muliebria vestimenta, et sartagines, que a loco non moventur, dolea et vasa distillatoria, et omnia caldaria, excepto caldari, in quo liquescit cera, quod spectat ad suppellectile. Omne proprium, quod locando est, et omnia arma et gladii ac olleree [s], morsee, et cinguli, bractiles, et anuli viri, hec spectant ad hereditatem. Mense, lavatoria et omnes ciste pelves cooperimenta, et sedilia, pelves cupree, et ciste annonarum^a, et ciste farine, et porci, qui in curiis aut in domibus nutritur. Et omnes porci impinguati spectant ad pulmentaria. Ubi pulmentaria dantur et omnia expensa domestica, que in potestate viri est, et omnes vacue cuppe, pulmentaria recipiunt mariti uxor, et non cognata proxima.

In Colmensi. Quicumque mobilia bona ab alto et basso pro bonis hereditariis computantum.

^a w rkp. armonarum

[hasła: dziedzictwo, spadek, gerada, część obowiązkowa, okrasa, srebro, złoto, ruchomość]

[28] De viro, qui alterum vulnerat vitam suam defendendo et de antequerelis. XXX

[s. 114] Vulnerat qui alterum vitam suam defendendo supra viam publicam, quod ille ipsum percutit et vulnerat, et clamore proclaimaverit, et si invasor comparet violenter, seu proterve, et conqueritur iudici, ut hic non potest, non audet, pre inbecillitate sui corporis, tunc compare[re] et imposterum eadem die compareat et conqueratur iudici et scabinis, et ostendat sua vulnera, et protestetur per hos, qui suum clamorem audiuerunt, quod inicium contencionis sui adversarii fuerit et non suum, et quod ipse se defenderit in defensione sue vite, ipse aquirit querimoniam primam. Sed si pernoctabit, tunc hoc fieri non potest.

In Colmensi. Dummodo scabini aut consules hec viderint et protestati fuerint, nisi sit concordiam factum, alias nisi sit violator concordie, cui dictum est uno in campo.

[hasła: zranienie, zwłoka, obrona konieczna, droga publiczna, sędzia, skarga, uszkodzenie ciała, ławnik, świadek, obwołanie, rajca, ugoda]

[29] De diverse ydiomatis querela. XXXI

Quod si se duo mutuo vulneraverint in iure municipali, qui ambo sunt nati de stirpe Sclavica [/] et ad non sunt, compareat unus et conqueratur in Sclavico ydiomate, alterum sibi respondere non debet, si placet, nisi conqueratur in eo {ydo} ydiomate, quod sibi innatum est per ius municipale.

In Colmensi. Potest per procuratorem sive mundiburdium.

[hasła: zranienie wzajemne, język słowiański, skarga, odpowiedź na skargę, prawo miejskie, pełnomocnik, opiekun]

[30] De iudiciis concordium [s]. XXXII

Quod si duo virorum querimonie delate fuerint in iudicio bannito coram iudice, de voluntate iudicis et consensu, arbitrum utrocumque, quod inter ipsos concordiam extra iudicium debeat terminari, nec ultra causam peragendam, et se arbitri ad hoc electi de causa intromittant, absque iudicio et querimoniam non repetendo cum consensu iudicis. Et alter ex eis imposterum suam querimoniam vellet renovare pro hac causa coram iudicio, ille sibi suus adversarius respondere non tenetur coram iudicio, protestari poterit cum iudice et scabinis, quod causa absque iudicio debeat diffiniri.

[hasła: skarga, sąd, ugoda, zgoda sądu, sędzia, ławnik]

[31] De duobus se mutuo vulnerantibus equaliter. XXXIII

[s. 115] Et si duo mutuo se vulneraverint equaliter et querulantur equaliter, quicumque ex eis duellum in aquisierit, tunc eius adversarius mercare^a demeretur. Ita tamen, si vulnus monomachale fuerit. Et si alter ex eis, antequam duellum aquisitum [fuerit], moritur, adversarius collum demeretur.

^b-Duellum quamvis dicitur duorum bellum, hic tamen accipitur pro illo, qui obtinet principium agendi.^{-b}

^a odczyt niepewny; ^b-^b mniejszym duktem, zapewne zapożyczenie z prawa chełmińskiego

[hasła: zranienie wzajemne, pojedynek sądowy, kara ucięcia ręki, rana godna pojedynku, kara śmierci, pojedynek]

[32] De visitantibus scannam [s] scabinalia propter latronem. XXXIII

Quod si se duo vulneraverint equaliter, ex hiis unus vadit ad iudicem in dom[um] suam, et querimoniam facit, alter veniat ad quatuor bancos et conqueratur cum clamore scabinis et iudicium astantibus, et vulnera ostendit, et mittat pro iudice et conqueratur, ipse primam querimoniam obtinebit, si testes super habuerit a scabinis aut astantibus iudicio, quod inter quatuor bancos querimoniam fecerit.

In Colmensi. Cum prius ad iudicium venerit vel ad scabinos, ille apud Colmensem principium actionis obtinebit.

[hasła: zranienie wzajemne, sędzia, ławnik, rana, skarga]

[33] [/] De duello obtente propter vulneracionem. XXXV

Si aliquis detinet hunc, qui ipsum vulneraverit in facto recenti et ipsum cum clamore ad iudicium deducit, ille sic querulatur: "Domine iudex, ego cum querela propono super isto viro, quod ipse venit intra municipalia vel in strata regia, et in me pacem violavit in meo corpore et bonis meis, et me vulneravit, dum in me pacem fregit. Tunc vidi ego ipse ipsum in persona propria et proclamavi eum cum clamore, et ipsum captivum huc ad iudicium adduxi, et volo eum vincere per hos, qui meum clamorem audiuerunt, et meo testimonio vero, ut ius michi diffinierit. Et in sentencia requiro, quod quo hoc probare debeam, ut michi proficiat in iure meo." Extunc adversarius petat relictam satisfactionem pro hac querimonia, et dicat se de facto innocentem. Ille, qui ipsum captivum in manifesto facto detinuit, facilius ipsum vincere potest cum testimonio, quam ipse captivus [s. 116] cum testimonio evadere possit. Si, ut iuris est, probaverit testimonio, illi solvat collum, si homicidium est, vel ad manum, si vulnus est monomochale, cum ad iudicium ipsum in facto manifesto perduxerit. Pro teste quivis alteri potest astare, qui in suo iure non possit argui, excepto patre aut fratre, et m[er]cenario.

[hasła: zranienie, skarga, gorący uczynek, pełnomocnik, droga królewska, sąd, gwar, zabezpieczenie, niewinność, zabójstwo, kara śmierci, kara ucięcia ręki, rana godna pojedynku, świadek, ojciec, syn, brat, najemnik]

[34] De pugnacione gladiferi et cultiferi. XXXVI

Quod si se duo mutuo vulneraverint: unus cultello alter gladio, et si vulnera utriusque monomachalia fuerint, ille cum gladio solvet manum, ille cum cultello solvet collum, quia cultellus furtivam infert mortem.

In Colmensi. Qualecumque quocumque vulnus infligitur, eodem pondere trutinatur a vulnere in facie vel in capite, vel in alia parte corporis, dum mortale est, lesu tres marce.

Si autem fuerit in alia parte corporis et mortale, extunc due sexagene, sculteto pro pena quatuor solidi.

[hasła: zranienie wzajemne, nóż, miecz, rana godna pojedynku, kara ucięcia ręki, kara śmierci, sołtys, rana śmiertelna]

[35] De vulnere duellarum per/] noctato. XXXVII

Eciam si autem alter alterum vulneraverit et causa in suis sua pernoctaverit sibi debet iudicari ad iudicium proximum. Et si vir vulneratus fuerit et vulnus monomachale non fuerit, et si comparuerit et conquestus fuerit, sibi debet iudicari ad iudicium proximum. Si autem vulnus monomachale fuerit, tunc continuo sibi iudex formari pro facto manifesto.

[hasła: zranienie, skarga, zwłoka, rana godna pojedynku, sąd, sędzia]

[36] De protestacione ante querele. XXXVIII

Si duo se vulneraverint et ambo coram iudicio comparuerint et querimoniam proponu[n]t, qui primam querimoniam precellentem protestari poterit, apud suum adversarium duellum aquire et si ipsum iusto modo salutaverit, et si vulnus fuerit monomachale. Si autem duellum ad diem dilatum fuerit et alter pugilem convenerit †et unus^a super alterum, et si ille protestari poterit, quod pugil sit, extunc iure a duello cedere potest.

^askreślenie rąką autora podstawy

[hasła: zranienie wzajemne, sąd, skarga, pojedynek sądowy, rana godna pojedynku, odroczenie, pieśniarz, zastępca, najemnik]

[37] De fideiussoria vulnerum non retenta. XXXIX

Si vulnerat vir alterum, et si caucionem fideiussorie fecerit usque ad iudicium, et iudex [s. 117] ipsis pacem indixerit et ipsum postea occiderit, et si fideiussores posuerit pro causa eadem, ipse tamen propius est evadere metseptimus de homicidio, quam ipsum aliquis protestari possit. Si autem coram iudicio apparuerit, et si in iudicio bannito manu pax promissa fuerit coram iudice et scabinis pro primo vulnere, et si ipsum postea occiderit, hoc melius potest super ipsum protestari, quam ipse evadere possit.

[hasła: zranienie, poręczenie, sąd wyłożony, sędzia, pokój, uwolnienie od skargi, samosiód़m, przysięga, współprzysiężnik, zabójstwo, ławnik]

[38] De iudiciis vulnerum et de evasione homicidii. XL

Si duo mutuo vulneraverint et ambo coram iudicio comparent et querulose proponat, et querimonia usque ad iudicium dilata fuerit, qui primo querulatus fuerit, moriatur ab hiis vulneribus, mortuus ad iudicium deportetur, et alter vulneratus eciam ad iudicium comparuerit, et unus cognatus loquatur super vulneratum cum testimonio, quod ipse suum affinem occiderit, et pro eo petat iudicium. [/] Extunc ille petat satisdacionem de iure et ostendat suam innocenciam cum suo testimonio evadendo homicidium. Si hoc, ut iuris est, protestabitur, proprius est evadere, quam ille poterit protestari, quia ambo querimoniam coram iudicio inceperunt. Sed suum testimonium debet sic procedere, quod inicium contencionis illius fuerit, et non suum. Et si suos testes incontinenti habere non poterit, terminum sex ebdomadarum aquirit, tunc facilius potest evadere mettercius homicidium, quam ille cum testimo[nio] vincere possit. Si autem ille ipsum monomachaliter alloquitus fuerit, extunc pro suo collo pugnare oportebit.

In Colmensi. Mortuus vulneratus condemnat collum, vivi vulnerati tum mortui sit man[u]m.

[hasła: zranienie wzajemne, sąd, skarga, odroczenie, krewny po mieczu, poręczenie, gwar, zabezpieczenie, termin, bliższość do dowodu, niewinność, zabójstwo, uwolnienie od skargi, pojedynek sądowy, kara śmierci, kara ucięcia ręki, samotrzeć]

[39] Vir si equ[u]m vendiderit, hoc tum certificet. XLI

Si vir equum vendiderit, promittere debet in eodem equo, quod stabilis non fuerit, ita quod a loco discedere tempore se afferente /s/ noluerit, et videre apparet [quod non] sit cecus, et eciam a iusta arrestacione.

In Colmensi. Iudicibus mercipotariis pro rebus, quibus mercipotarii [s. 118] solent et apantur, purgantur et honorem conservant, sed rem emptam si aliena fuerit sibi vendita perdit cum penis, que circa talia consueverunt fieri.

[hasła: sprzedaż, koń, ewikcja, odpowiedzialność, wada faktyczna, wada prawną]

[40] De querela ex parte furti nocturnalis vel diei. XLII

Si vir clara luce diei deprehensus fuerit, qui bone fame sit, et furtum tres solidos valeat commiserit, cuttem cum crinibus demeretur. Sed si furtum ultra tres solidos ~~vele~~^a valeat, reus est suspendio. De hiis denariis tres solidi medium debent ponderare. Si autem tempore noctis deprehensus fuerit cum sex denariis, reus est patibulo.

^a skreślone ręką pisarza podstawy

[hasła: kradzież w dzień, kradzież w nocy, dobra sława, kara na skórze i włosach, kara śmierci, powieszenie]

[41] De bonis, que dum alienantur^a. XLIII

Conqueritur vir super alterum pro bonis, quod sua sit hereditas, et quod ille teneat cum iniuria, et sua vera sit successio a suo patre, vel ab alio suo {suo} amico, aut a suo predecesore, et si ille comparetur super quem querimonia proposita fuerit, et dicet se habere bonorum defensorem, et bona possiderit [/] pacifice et quiete, anno et die, contradicione qualibet non obstante et est iuste ac rite meum premium censuale, ipsum defensorem oportet suum nominare, et ad dies statuere, si possit, et cum eo defensore suo conservet sua bona, si defensus fuerit, ut iuris est, defensore. Sin autem sibi defectus fuerit in defensore, actor conservet suam legalem hereditatem, in bonis eisdem, quia quivis homo conservat suam innatam hereditatem, seu portionem naturalem, facilius quam alter emptam proprietatem, aut obligatam proprietatem, aut datam proprietatem, aut premium censuale.

a w rkps. anenantur

[hasła: skarga, nieruchomości, dziedzictwo, spadek, ojciec, krewny po mieczu, spadkodawca, spokojne posiadanie, świadek, rok i jeden dzień, termin, prawo naturalne]

[42] Si vir habuerit bona censualia a monasterio seu alio domino. XLIII

Si homo habuerit hereditatem, censualia et bona a quodam monasterio, et si dominus vel abbas sibi non fatetur, vel conventus, hic vir mettercius protestare suorum heredum, quilibet iurabit singulariter, quod iustum ac successorium sit suum premium censuale. Et si dominus seu abbas his septem de ipsorum bonis denegaverit aut facere noluerit, extunc [s. 119] quivis metseptimus suorum heredum [s] bona sua obtinebit.

[hasła: dziedzictwo, własność, dobra czynszowe, klasztor, pan feudalny, opat, samosiódem, samotrzeć, przysięga, współprzysiężnik]

[43] De testimonio septem virorum vel tercium pro hereditate aut debito soluto. XLV

Si vir debet procedere testimonium super proprium alterius metseptimus^a, aut mettercius, hoc facere debet cum possesis hominibus, qui in iudicio astare solent et domicilia habentes in iudicio predicto. Si autem vir debeat persoluta debita protestari super proprietatem alterius, iterum esse debent possessi homines domicilia habentes, si hoc in iudicio non viderunt, nec in iudicio fuerit confirmatum.

In Colmensi. Cum scabinis vel consulibus, si autem mortui fuerint, et unus illorum manserit, tunc loco illorum cuiuslibet mortui duobus possesio natis, quibus fides adhiberi debent, super proprio probari potest.

^a *w rkps. metVIIus*

[hasła: własność, samosiódem, przysięga, samotrzeć, posesjonaci, współprzysiężnik, domicyl, okręg sądowy, dług zapłacony, ławnik, rajca, dobra wiara]

[44] De debito persoluto. XLVII

Si aliquis debet persoluta debita probare, protestando pro debito, hoc facere debet talibus cum hominibus, qui in suo iure argui non possent. [/]

In Colmensi. Cum consulibus, scabinis, arbitris, et iudicibus mercipotariis solummodo debitorum probari potest, non aliis hominibus.

[hasła: dług zapłacony, współprzysiężnik, przysięga, rajca, ławnik, arbiter, litkupnik]

[45] De viro habente filium ducentem uxorem viduam habentem pueros ambo peccuniam carentes. XLVI

Si vir dicit viduam, que unum aut plures habeat pueros et ipsa nulla bona habuerit nec ipse, et vir unum filium habuerit cum sua prima uxore, et si fortuna erridente [s] per suos labores bona habuerint aut proprietatem sive hereditatem emerint, aut super bona mobilia aut mercimonia posuerint, et imposterum vir moritur et uxor, extunc filius viri proprius est recipere hereditatem, quam pueri femine, aut sororis sue, vel eciam nepotes ex filia sua. Ita tamen, si filius patri sit paris condicionis. Proxima cognata uxoris recipit suppellectilia.

In Colmensi. Si vir viduam duxerit, ut dicitur in capitulo, que puerum unum vel plures habuerit, et similliter vir, mortuo vero viro pueri viri ratione paternorum bonorum hereditariorum [s. 120] et maternorum medietatem bonorum tollunt, pueri vero uxori cum iure medietatem, ita quod quarta pars cedit illis pueris ratione paternorum. Si autem alii pueri fuerint ex eadem uxore, n[i]chilominus pueri patris modo mortui medietatem recipiunt ratione partis materne et eidem pueri cum pueris primis uxorius eius, et posteris quartam partem illorum bonorum equaliter con dividere debent, ita quod nulli pueri primi patris modo mortui habeant in illa quarta parte paternam porcionem, similiter pueri primi, et pote posterum in eadem parte quarta ecciam primam porcionem obtinebunt, materno vero porcio utriusque pueris in alia quarta parte bonorum circa morem reservatur.

[hasła: wdowa, syn, dobra, własność, dziedzictwo, ruchomość, towar, żona, spadek, zasady dziedziczenia, reguła, siostra, wnuk, wnuczka, równy stanem, krewna, gerada]

[46] De bonis, que alienis a viro aliquam assignantur et prius mulieri seu pueris iudicialiter fuerit atributa. XLVII

Si vir aliquis dederit suis pueris aliqua sua bona, et sue uxori, in iudicio bannito circa vitam suam, et bone rationis, et si sibi paris condicionis pueri fuerint, [/] et si desuper vera pax firmata fuerit, et si imposterum aliter in eidem bonis dederit aliquid aut heres fuerit, aut non ille, cui prima donacio data fuerit, bene contradicere potest de iure. Ita tamen, si testimonium iudicis desuper habuerit et scabinorum, quod sibi donum donatum fuerit absque contradictione illius, qui ad hoc successor fuerit infra annum. Extunc contradicere non possunt, si illi testes super hoc habuerint.

[hasła: dobra, transakcja, sąd wyłożony, dożywocie, równy stanem, pokój, roszczenie, sędzia, ławnik, darowizna, sprzeciw, spadkobierca, rok i dzień, prawo]

[47] Si mulier bona censualia edifica [a] a viro habuerit. XLVIII

Si vir sue uxori sua edifica dederit, que super bona censualia edificata sunt, coram domino proprietatis, et suis vicinis, tempore sue vite, et inducetur eam in possessionem, et si discedat ab hac luce sine prole, et si heres suus super bona eadem loqui voluerit post mortem viri, nichil in eis poterit obtinere, si mulier protestari potuerit, quod ei datum fuerit. Si apparatus et edifica viri fuerint, extunc heres mulieri infringere potest, nisi donacio in [s. 121] iudicio bannito confirmata fuerit. Quia nullus suum proprium dare potest, nisi in iudicio bannito, coram iudice et scabinis, nisi suus heres contradicat. Si hereditaria bona fuerint, extunc sue uxori dare non potest absque heredum consensu, vel absque dominum proprietatis consensu, cuius bona sunt. Si vir mercimonia aut bona mobilia habuerit, quod cum bonis emerit successoribus paterna successione, hoc sue uxori dare non potest, nisi coram iudicio bannito coram iudice et scabinis. Si autem vir habuerit bona mobilia aut mercimonia, que sibi propriis laboribus aut fortuna prospera accreverunt, cum sua uxore, hoc dare potest in sue vite valitudine cuicunque placet, cuiuslibet sine contradictione.

^a wrkps. r

[hasła: mąż, żona, budynek, dobra czynszowe, własność, krewny, dożywocie, spadkobierca, dziedzic, potomstwo, sąd wyłożony, transakcja, sędzia, ławnik, sprzeciw, dobra dziedziczne, zgoda, zezwolenie, towar, ruchomość]

[48] De resignacione obnoxii bonorum monesterii erga dominum suum. LIX

Ubi^a alicuius monasterii obnoxius suam penam demeretur, hoc sunt \vdash bene potest sua bona^b XXX solidi, obnoxius bene potest sua bona resignare [/] et item su[s]cipere et dare cui placet, contradictione qualibet non obstante, que propriis aquisivit. Ubi

obnoxius suo domino subtraxerit suum censem, pro eo demeretur tria talenta. Quitquid obnoxius noxe commiserit, pro eo nullius queret iudicium nisi sui domini aut sui advocati. Quando obnoxius moritur, extunc suo domino aut advocato oportet dare denarios obnoxietarum *[s]* et meliorem equum, quem habet. Idem oportet facere sacerdos suo archipresbitero, dum moritur, tunc oportet dare suum equum meliorem.

^a w rkps. błędnie Sbi, nastąpiłoomyłkowe wpisanie inicjału; ^b podkropkowane w sensie skreślenia

[hasła: mnich, zakonnik, klasztor, sprzeciw, przestępstwo, sąd, wójt, arcybiskup, koń]

[49] Vir habens filiam maritatem carens hiis liberis. L

Si vir moritur absque herede et nepotem ex filia habuerit, que exhereditata fuerit circa suam vitam, idem nepos maiori iure recipit bona avi materni, quam iudicium, qui sibi [est] paris condicionis, sed iudicium recipit sua arma bellica.

[hasła: dziadek, córka, syn, spadkobierca, spadek, hergewet]

[50] De abtestificacione manus pro falsitate vel vulnere. LI

Si unus alteri voluerit manum abtestare pro falso, hoc oportet, facere mettercius cum talibus hominibus, qui in suo iure *[s. 122]* argui non possunt. Si autem facere debet pro vulnere et facto manifesto, oportet quod hoc faciat metseptimus^a secundum iusticiam pacis, ita tamen, si manifestum factum cum viro ad iudicium fuerit deductum.

^a w rkps. metVIIus

[hasła: samotrzeć, kłamstwo, fałszywe zeznanie, rana, gorący uczynek, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, pokój]

[51] De mundibursio puerorum. LII

Qum moritur vir, qui pueros habuerit, qui ad annos discretionis nondum pervenerunt, proximus ipsorum agnatus debet esse eorum mundiboridius *[s]*, quo usque ad annos pervenerint pubertatis. Et si idem ad huc nondum pubertatis annos attingerit, adiutor suus debet propior suus esse agnatus, quo usque ad annos pervenerit pubertatis, et rationem de anno ad annum coram ipsorum vero mundibordio facere tenetur.

[hasła: ojciec, dziecko, krewny po mieczu, opiekun, lata sprawne, dojrzały, sprawozdanie, rachunek]

[52] De querela violente. LIII

Omnis querimonia et testimonia, que cum criminosis violenciis cum clamore ad iudicium, in facto manifesto deprehensa ac detenta fuerint, virum metseptimus^a protestare oportet circa ius pacis, exceptis vulneribus, [/] que duellaria non sunt. Manifestum factum ibi dicitur esse, ubi vir captivatur cum furto et spolio et deprehensus ducitur cum clamore. Eciam factum manifestum ibi esse dicitur, ubi viro gladius ^b-aut cultelus^b, aut alia arma in manu sua fuerint deprehensa, cum quibus pacem infregit, aut si in fuga facti fuerit reprehensus, et captus cum clamore ad iudicium deductus [fuerit]. Hunc actor vincere metseptimus^a oportet secundum ius pacis. Et si manifestum factum cum viro ad iudicium fuerit deductum, stuprum, obsidium et irruenciam^c domiciliorum, homicidium, furtum et spolium probet homo mettercius protestando. Si vir de istis conqueritur, extunc sic procedere debet sua querela: "Domine iudex, ego conqueror Deo et vobis, quod homo venit intra municipalia, et in me pacem violavit, et me stupravit et spoliavit me corpore et rebus et honore mulieri, de quo suficiens habeo testimonium per hos, qui meum clamorem audiuerunt, et ostendere volo factum, ut de iure [s. 123] debeo, ut michi proficiat in iure meo." Extunc ipse petat satisdacionem, si vult, quam sibi oportet, et dicat se facto esse innocentem. Tunc tutor mulieris interroget in sentencia diffinita, utrum mulier violenciam melius poterit protestari cum hiis, qui clamorem suum audierunt, quam ipse possit evadere, cum in facto manifesto ad iudicium sit deductus. Tunc diffinitur de iure, quod possit ipsum posilius vincere cum hiis, qui suum audiueru[n]t clamorem, quam ipse evadere possit. Et hoc protestabitur, ut est iuris, adversarius collum demeretur. Idem vero iudicium super inquisitos domiciliorum iudicatur.

^arkps. metVIIus, pisarz następnie dopisał mum, jak gdyby chciał zaproponować lekcję metseptimum; ^{b-b} na marginesie, znak wstawienia; ^c w rkps. irrenerenciam

[hasła: skarga, przemoc, przestępstwo, sąd, gorący uczynek, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, pokój, rana godna pojedynku, kradzież, obwołanie, miecz, nóż, sztylet, ucieczka, pokój, zasadzka, gwałt, honor, gwar, zabezpieczenie, niewinność, uwolnienie od skargi, kara śmierci]

[53] De querela manifeste actionis. LIII

Si vir vulneratus ad iudicium deductusi [s] fuerit cum clamore in facto manifesto, ut si ita debilis fuerit, quod per tutorem ipsum oportet querulari et prolocutorem sentenciam petat, extunc tali modo sua procedat querela: "Domine iudex, si me huic vulnerato dedisti[s] prolocutorem, extunc in sentencia requiro, [/] si per iusticiam insidias per aliquem debo pati, aut sustinere ad suam causam propter iuris exigenciam teneo". Extunc sibi diffinitur, quod non. Extunc petat correctionem. Cum hanc obtainuerit, tunc petat pro consilio colloquium, et tunc non colloquium habuerit, tunc inquirat, qualiter suam querelantur debeat inchoare, et per hoc per sentenciam diffinitivam, ut sibi proficiat in suo iure. Extunc diffinitur sibi cum clamore. Tunc interroget sentencialiter, utrum requiri debeat ab ore ad os, a quo suam habeat lesionem. Tunc sibi diffinitur, quod debeat. Extunc emittuntur duo scabini et cum ipsis preco, aut duo viri, qui in iudicio astare consueverunt, qui ab ipso solo audiant, a quo suam habuerit lesionem, vel quis in eo pacis federa infregit. Extunc requiritur

sentencialiter, si interrogari debeat, tunc iuramentum prestitum aut ius civitatis, quod ab eo audivit vel audiuerit. Tunc unus interrogetur ad dicendum, quid ab eo audiuerit. Audita responsiva sua, tunc in sentencia requiritur, quod sic et sic interrogetur [s. 124] secundus et tertius. Deinde querela incipiat: "Domine iudex, placeat attente audire." Tunc hic N conquerit super P D R, quod ipsi venerunt intra municipale, et pacem in eo infregerunt, et ipsum vulneraverunt aut suum affinem occiderunt, si homicidium fuerit, et spoliaverunt ipsum in corpore et rebus, et pro eo iudicium petit. Extunc illi ter vocentur, quando vero citati fuerint ipsi per clamorem, tunc conqueratur ulterius et nominet malefactores, ut prius fuerat querulatum. Idem faciat tercia vice. Extunc inducie illis per noctem inducentur. Si tunc non comparent, perscribentur. Si autem comparent, duellum potest in eis aquiri.

[hasła: zranienie, sąd, wyrok, skarga, sędzia, sprawiedliwość, posiedzenie, ławnik, szkoda, przysięga, prawo, zabójstwo, kradzież, zranienie, otrucie, noc, pojedynek sądowy]

[54] De querela super furem. LV

Quando vir furem aut spoliatorem voluerit protestari, qui cum manifesto facto ad iudicium cum clamore fuerit deductus, hic sic conqueratur: "Domine iudex, conqueror Deo et vobis super furem meum, quem cum apparenti furto captivatum et ligatum usque ad iudicium deduxi, quod ipse venit intra meos [/] quatuor angulos et subtraxerit michi mea bona, super quo habeo bonum testimonium cum hiis, qui meum audierunt clamorem, et ipsum volo vincere meo iure et meo testimonio, ut ius dictaverit. Et requiro in sentencia, quomodo ipsum vincere debeam, ut michi proficiat in iure meo." Tunc sibi diffinitur metseptimus^a, si furtum fuerit presens. Idem iudicium fiat cum spoliatore.

^a rkps. metVIIus

[hasła: kradzież, złodziej, gorący uczynek, sąd, skarga, sędzia, dobra, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik]

[55] De querela super insidiatorem. LVI

Quomodo conqueratur super insidiatorem, ut dicit. Hic stat N et conqueritur super hoc Deo et nostro domino, regi ac duci, et vobis, domine iudex, ac toti universitati civitatis, tam divitibus quam pauperibus, quod ipse intra municipale venit ad locum idem, ubi N pace ac quiete frui debuerat et sibi insidium fecit in strata regia, et in regia pace, et in eo municipale infregit ac ipsum vulneravit in corpore et rebus, et in eo talem strepitum perfecit, quem bene potest protestare, cum ipse in eo pacem violavit et in eo strepitum commisit, tunc propria persona vidit ipsum [s. 125] propria in persona et ipsum clamorem proclamavit. Et si hoc fatetur diligit, si autem negat, ipse eum vincetur intendit per hos, qui suum clamorem audiuerunt aut suo testimonio, ut sicut ipsum in manifesto facto ad iudicium deduxit, sic in sentencia requiritur,

quomodo ipsum vincere debeat, ut sibi proficiat in suo iure, tunc diffinitur metseptimus.

[hasła: skarga, król, książę, sędzia, miasto, zasadzka, droga królewska, zranienie, pokój, gorący uczynek, sąd, wyrok, prawo]

[56] Viro mortuo, tum suppellectilia succedetur mulieri. LVII

Mulier recipit suppellectilia, ad que spectant oves et modole *[s]* et omnia cibaria domestica, de quibus vir indiget ad unius anni revolucionem, que in sua possessione inveniuntur, ad mulierem pertinet medietas. Cum viro uxor moritur, tunc proxima uxoris cognata recipit suppellectilia, hec debet viro suum sic stratum decorare, sed ut stetit, cum uxor sua vixit, sed cum lectum, cum cussinis, cum lintiamibus, cum legali, cum culcitra, sedem suam cum cussino, scamnum suum ad cum pulminarum *[s]*, et cum scamni tectorum, quod sin*[l]*gulis diebus de super iacebat, suam mensam cum mensali et manutergio. Sed ulla hec recipit pulmentaria *[a]*.

^b-Item de solucione monomachali nota capitulum, qui debet ut hic sequi partem in iure provinciali capitulo viii^o et in aliis sex ipsum sequentibus.^{-b}

^a niejednoznaczny skrót, niewykluczone etc albo eciam; ^{b-b} dodatek charakterystyczny dla wariantu wawelskiego wersji krakowskiej układu śląsko-małopolskiego Weichbildu

[hasła: gerada, mąż, krewna, część obowiązkowa, okrasa]

[57] De furis perditis. LVIII. LIX^a

Qui vitam aut manum eximerit, quod iure demeruerit, hic suo iure privetur.

^a rubryka połączona z wcześniejszą informacją o pominięciu kilku artykułów; in rubrum wyłącznie numeracja LIX

[hasła: utrata prawa, pieniądze, wykupienie od kary, kara śmierci, kara ucięcia ręki]

[58] De promissione presentacionis. LX

Qui eciam fideiusserrit virum unum pro noxa coram iudicio, ipsum ad statuendum et ipsum statuere non poterit, recompensam ipsum solvere oportet, et sibi in suo iure non obest, qui fuerat fideiussor, et nemo debet proscribi, nisi culpa sibi ad collum vel ad manum pertransit.

[hasła: poręczenie, zapłata, wynagrodzenie, prawo, wina, kara śmierci, kara ucięcia ręki]

[59] Sacerdos dividit cum fratribus et monachis. LXI [s. 126]

Mulier debet dare pro armis bellicis gladium sui mariti et suum runcinum vel dextarium suum meliorem sellatum et meliora arma, que habuit pro corpore unius viri in sua possessione cum decessit, deinde debet dare unum pulvinar bellicale, hoc est unum lectum et duo cussina, et duo lintheamina, mensale, et duas pelves et unum manutergium. Hec sunt universalia bellica arma. Sed tamen alicui homines diversa apponunt, que tamen ad ea non pertinent, sed quitquid ex hiis nominatis ista mulier non habuerit, ad hoc dandum compelli non potest, si iuramento probaverit, quod non habeat pro qualibet re specialiter. Sed ubi quid ostendi possit, ibi neque vir neque mulier evadere potest per iuramentum. Ubi duo vel tres viri ad una arma bellica nati fuerint, ibi senior pro se recipit gladium et cetera inter se divident modo equali. Ita tamen, quod senior dividit et iunior elegit. Et ubi pupilli pubertatis annos nondum attingerint, ibi senior eorum agnatus [/] recipit arma bellica solus, et in eis est mundibordius eorum puerorum quoisque ad annos pervenerint pubertatis, extunc ipsis tenetur reddere hec predicta et insuper ipsorum omnia bona, nisi eis rationem fecerit, quo evadere ad eorum usque convertit, aut per spolium aut per apparens infortunium, absque sua ammiserit voluntate. Ipse ecciam est vidue mundibordius, quoisque duxerit maritum, qui paris sibi fuerit condicionis. Post arma bellica mulier potest recipere suam vite provisionem et alia omnia, que ad suppellectilia pertinent, hoc sunt oves et omnes auce, et ciste cum elevatis tecturis, et omnes lectus pulvinaria, cussina, linthiamina mensalia, pelves, manutergia ac lucibula, candalabra, semen lini et omnia muliebra vestimenta, anuli brachalia crinalia, psalteria et omnes libri, in quibus mulieres legere consueverunt, que ad Dei servicium pertinent, sedilia ladule, capeta et vela dorsilia, tectorum et omnia pepla, capitis muliebria ornamenta, [s. 127] hec sunt, que ad suppellectilia pertinent feminarum, singulariter sunt, que non nomine, sicut sunt seticule, pectenes, forpices, specula. Sed incisa tela, vel aurum, vel argentum non textum hoc non pertinet ad mulieres. Sed quitquid extra prenominata in rebus fuerit inventum, hoc pertinet ad heredes. Si aliquid ex his fuerit obligatum circa vitam viri, qui est mortuus, hoc redimet, si vult, ad quem pertinet iure. Sacerdos didividit [s/] cum fratre et non monachus. Sed si puer intraverit religionem infra annos pubertatis, hic bene potest intra annos exire, si vult, et ius obtinet feodale et terrestre. Si autem vir dum annos pubertatis impleverit, intraverit religionem, hic se a iure feodali et terrestri alienavit, et vacant sua feodalia, quia scutum bellicum resignavit. Quod hoc possit probari per hos, cum quibus similem viatam [s/] visus est suscepisse.

[hasła: hergewet, gerada, kobieta, miecz, koń, mąż, przysięga, pełnoletniość, lata sprawne, pupil, dobra, opiekun, wdowa, równy stanem, klejnot, srebro, złoto, zobowiązanie, kapłan, mnich, transakcja, lenno]

[60] De interlocutorio. LXII

De qua sentencia $\vdash p \wedge$ vir primus queritur, hec prius debet diffiniri. Actor et reus possunt colloquia habere pro [/] qualibet causa tribus vicibus, eousque preco ipsos vocabit.

^a wymazane przez autora podstawy

[hasła: wyrok, skarga, odpowiedź na skargę, pozwany, posiedzenie]

[61] *Vir habens prolocutorem marito non loquatur.* LXIII

In omni loco iuris est, ut iudex iudicet cum sentenciis scabinorum. Manifeste vero non loquatur coram iudicio, postquam habuerit prolocutorem, nisi si iudex eum requisierit, utrum in verbis consenserit sui prolocutoris, extunc bene potest dicere, ita vel aut non, aut desuper colloquium rogare.

[hasła: sędzia, wyrok, sąd, pełnomocnik, posiedzenie]

[62] *De mortuo[s] fideiussore.* LXIII

Ubi vir fuerit fideiussor et moritur, pueri sui pro eo [solvere] non tenentur. Si autem vir pro peccunia fuerit fideiussor, hanc fideiussionem solum solvere oportet, aut probare, quod sit persoluta.

[hasła: pieniądze, dług, ojciec, dziecko, dziedzic, zapłata, poręczyciel, poręczenie]

[63] *De percusso cum baculo.* LXV

Si vir fustibus aut baculo fuerit percussus supra dorsum aut supra ventrem, et vulnera fiuerint [s] vlavea aut fusta et inflata, et si desuper pro teste habuerit iudicem et homines iudicio dignos, qui hoc viderunt et audiuerunt, ipse est duellum proprius super eos aquirere, iste evadere possit suo iure. Si aut[em] super caput aut brachia fuerit percussus, quod alter ostendi non possit, illi [s. 128] melius evadere possunt, quam ipse super eos possit probare suo iure. Si autem fatentur, extunc quivis eorum ammittit emendam et iudex aquirit in eo suam penam. Si autem verbera mortalia fuerint, extunc respondere tenentur cum duello, qui cum eodem iudicialiter fuerint impulsati. Si autem mortalia non fuerint ex re, extunc respondebit unus cum duello et ante respondebunt absque duello, quam ipsi evadunt suo iuramento.

[hasła: pobicie śmiertelne, świadek, sędzia, pojedynek sądowy, bliższość do dowodu, uwolnienie od skargi, przysięga, nawiązka, kara sądowa, mulkta]

[64] *De obmortua hereditate.* LXVI

Si hereditas obmoriatur, ita quod nullus se trahat ad hanc infra annum et diem, hoc [s] nu[m]quam cedit mai[e]stati.

[hasła: kaduk, król, spadek]

[65] De viro mortificato habente plures pueros. LXVII

Si fuerit vir occisus et tres aut plures habeat pueros, et vir unius *[s]* pro eo iudicialiter fuerit impulsatus et evasit, ut iuris est, et si super eandem querelam vera satisdacio sibi facta fuerit, hoc non debet in aliis pueris imposterum pro eodem homicidio seu querela infestari.

[hasła: ojciec, dziecko, zabójstwo, prawo, uwolnienie od skargi, skarga, zabezpieczenie, gwar]

[66] De iuramentis absque pena. LXVIII

Si vir alteri coram iudicio debet iurare, hic bene *[]* superponere potest et deponere absque licencia, quod per hoc non ammitat.

[hasła: kara, przysięga, sąd]

[67] De impeditio equorum. LXIX

Si aliquis arestat equum et dicit, quod sibi sit subtractus aut eo sit spoliatus, ad hoc se trahere debet, ut iuris est, tunc iste se bene ad suum tutorem trahere potest et tutorem debet nominare, super quem traxit, et debet iurare tacto sacramento, quod trahat ad verum tutorem. Quodcumque eum nominaverit sibi, ibi eum sequi opere oportet, non autem ipsum sequi debet ultra Mare Aquilonis. Et si defectum habuerit, ita quod sibi tutorem habere non poterit, ut se coram iudicio iactavit, et tunc sibi fideiussorie facit caucionem iudici pro pena et pro expensis, quas ille expandit, et diem nominare, quando ibi debeat pervenire. Si autem dixerit, quod in foro comuni aut libero emerit eundem equ[u]m, extunc suam peccuniam, quam pro eodem equo dedit, integre ammittet, et illi suum equ[u]m reddere oportet, et nullam penam pro eo ammittit.

[hasła: koń, zastępstwo, kradzież, sprzedaż, ewikcja, przysięga, odpowiedzialność, sąd, poręczenie, pieniądze]

[68] De pena iudicis. LXX *[s. 129]*

Quando iudex suam extorquet penam extunc, ulterius super aliquem hanc non potest extorquere. Et si vir bona sua, ut iuris est, alloquatur, aut hereditatem, pro eo non indiget iudici quidquam dare, sed ipse sibi ad iusticiam tenetur iuvare. Et si vir suam querelam promiserit tenetur, etsi medio tempore per bonum pacis fuerit concordatum, pro eo non plus ammittit, quam iudex suam requirit penam.

[hasła: sędzia, kara sądowa, mulkta, dziedzictwo, prawo, sprawiedliwość, skarga, pokój]

[69] De uno vulnerato querulari nolente. LXXI

Si vir vulneratus aut trucidatus fuerit et conqueri noluerit, iudex ipsum non potest compellere ad quam querelam ultra suam voluntatem.

[hasła: zranienie, otrucie, skarga, sędzia, wola]

[70] De homine diffamato vel suspenso. LXXII

Si vir fuerit proscriptus vel sententiam mortis condempnatus nullus, sua bona recipere potest, quam sui veri heredes.

[hasła: kara śmierci, konfiskata dóbr, dziedzic, spadkobierca]

[71] Vir si moritur bona sua heredibus succedunt. LXXIII

Si vir moritur, qui bona habuerit nulli data pueri sui, sibi succedunt, si equales sibi fuerint innatam. Et si ex hiis [/] bonis discesserit, mater sibi in sua parte succedit. Et mater cum hiis bonis facere potest absque herendum consensu.

[hasła: ojciec, dziecko, dobra, spadek, równy stanem, matka, wola, zgoda]

[72] Quando puer potest eligere mundibordium. LXXIIII

Quando puer xii est annorum, tunc eligere potest quemcumque voluerit pro mundibordio. Et quis suus fuerit mundibordius, hic matri rationem faciat et adolescenti, quid cum bonis fuerit factum.

[hasła: dziecko, opiekun, matka, rachunek, sprawozdanie]

[73] De probacione illebertatis [s]. LXXV

Si vir aliquem alloquitur, quod suus^a sibi sit illiber, iste si potest probare suam libertatem, proprius est sibi eum evadere, quam ille ipsum vincere possit. Libertatem vir protestare potest cum tribus cognatis et tribus agnatis etiam^b metseptimus^c esse debet suorum amicorum, sive sint viri sive mulieres.

^a wyraz prawdopodobnie skreślony; ^b odczyt niepewny; ^c metVIIus

[hasła: wolność, bliższość do dowodu, uwolnienie od skargi, krewny po mieczu, krewny po kądzieli, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, mężczyzna, kobieta]

[74] Pro debito tesserato. LXXVI

Si quis conqueritur super quemquam pro peccunia des *[s]* detesserata, pro eo sibi non debet habet respondere. Si quis ecciam conqueritur super aliquem pro cibariis preparatis, hic proprius est obtinere hoc iuramento, quam ille ipsum evadere possit suo iuramento.

[hasła: dług, pieniądze, odpowiedzialność, żywność, przysięga]

[75] De extracto a prescripcione. LXXVII *[s. 130]*

Qui se extraxerit a prescripcione et solutus, fuerit iudicatus, iudex tamen in eo suam obtinebit penam. Et si iudex sibi factum fateri noluerit, ipsum eum bene potest deponere per virum, qui eodem interfuerit iudicio, quia nec captivus iudicio comparuit, nec proclamatus. Si autem iudex imposterum ipsum obiu[r]are voluerit, ipsum in nullo ulterus potest obiurare, quam ad suam penam, si pro eo testes habuerit, quod se ex prescripcione abiuravit.

[hasła: kara, sąd, uwolnienie, sędzia, świadek, przysięga]

[76] Quando precium iure obtentum solvatur. LXXVIII

Si servus deservitum suum precium super suum dominium obtinebit coram iudicio, pro eo iudici nullam demeretur penam et dominus servo tenetur die eodem solvere.

[hasła: służba, pan, wynagrodzenie, sąd, zapłata, mulkta]

[77] De querela testimonio debitorum. LXXIX

Si vir conqueritur super \vdash quem ipsum^a \dashv alterum pro suo debito cum testibus coram iudicio, hoc bene potest obtinere cum viris fidedignis, qui in suo iure non possunt reprobari. Ita tamen, si iste dixerit se innocentem. Si autem reus dixerit hoc debitum persolvisse, extunc sibi *[f]* infringit suum testimonium. Hoc bene probare potest cum viris fidedignis metseptimus^b tacto sacramento.

^a skreślone przez autora podstawy; ^b rkps. metVIIus

[hasła: skarga, dług, świadek, niewinność, zapłata, przysięga, samosiódem, współprzysiężnik]

[78] Quid satisdacio signat. LXXX

Si super virum conquestum fuerit et pacierit satisdacionem, alter sibi eam negare non potest, quin eam sibi faciet sibi, si ipsum sentencialiter ad hoc compellit. Si autem fecerit sibi satisdacionem {sibi}, ad suum ius non nocebit, nec iste plus lucratur cum satisdacione, qui eam petit, nisi quod ipsum nullus amicorum suorum a modo possit impedire hac causa, nec que[re]lam meliorare.

[hasła: skarga, gwar, zabezpieczenie, wyrok, prawo, krewny]

[79] De querela peccuniarum cum testimonio coram burgrabio. LXXXII

In iudicio burgrabii vir bene potest pro debito peccuniali querulari, sed actorem oportet ab uno iudicio burgrabii ad aliud iudicium suam sequi querelam, ita tamen quod semper reo suo denunciabit. Si autem querela super virum cum testimonio fuerit facta, in eodem iudicio pro debito, et si dixerit, quod persolvitur, hoc probabit hominibus fidedignis mettercius^a melius, quam iste ipsum vincere [s. 131] pos[s]it, et hoc facere potest incontinenti, si vult, aut per tres quinde[ci]nas in iudicio sculteti. Si autem vir iuramentum unica manu debet protestare, hoc eum eodem iudicio facere opportet.

^a w rkps. metIIIlus

[hasła: burgrabia, Magdeburg, dług, powód, sąd, skarga, zapłata, świadek, termin, sołtys, przysięga]

[80] De tempore et loco iudiciorum. LXXXIII

Iudex debet suum iudicium omni die exercere attemptare in vero iudicii loco, nisi sit, ubi conqueri pro debito absque testibus voluerit, hoc videlicet potest iudicare. Recompensam et emendam et iudicis penam solvere debet ad diem, ut fuerat diffinitum cum denariis, prout extunc valent in pagamentore [s], recompensam et emendam, et iudici penam.

[hasła: sędzia, sąd, świadek, skarga, zwłoka, zapłata, kara sądowa, mulkta, nawiązka, zapłata, wynagrodzenie, zwyczaj, powód]

[81] De impeditio pannorum et aliarum rerum. LXXXIV

Si viro aliqua bona fuerint iure protestata, in eo possidet iste, qui hoc deduxit iustificacionem cum fiscacione tribus diebus et tribus noctibus. Insuper in eodem comedere et bibere, et dormire cum fiscacione. Deinde debet coram iudicio pronunciare tribus semper ad duas ebdomadas, et ad quartum [/] iudicium iudex si pacem desuper firmare debet, et sibi appropriare per sentenciam scabinorum. Et tunc

bene potest vendere cum scitu hominum proborum. Si autem aliquid ultra suum debitum de hoc superfuerit, hoc illi debet reddere cuius erat hereditas. Sed si defecerit, tunc agat {agat} ulterius.

[hasła: konfiskata, dobra, posiadanie, sąd, krewny, termin, sędzią, pokój, wyrok, ławnik, sprzedaż, dług, dziedzictwo, własność]

[82] De debito mortue manus. LXXXVI

Si vir alloquitur bona vel pannos aut quitquid suarum {suarum} rerum, quod subtructum [s] seu raptum fuerit, ad hoc se unica manu trahere debet et iurare tacto sacramento, quod tunc suum fuerit et nunc suum sit, cum sibi substructum [s] seu raptum fuerit. Si autem equus fuerit, quem vir alloquitur, quod sibi subtractus seu spoliatus [sit], ad hoc se trahere debet, cum suo dextro pede debet calcare super pedem suum anteriorem, et sinistra {ma} manum debet equ[u]m capere aurem per dextram, et petere debet reliquias et eciam prolocutorem. Et iurabit equo super capud, quod tunc suus fuerit et tunc suus sit, cum [s. 132] sibi subtractus aut eo depredatus. Extunc ipse se trahat ad suum tutorem et ipsum iurare oportet super sanctos, quod trahat se cum equo ad verum tutorem, ibi eum sequi oportet, usque ad trans Mare Aquilonis. Si autem vir dixit, quod equ[u]m emerit in fore libero aut commune et tutorem habere non possit, extunc equ[u]m ammittit et peccuniam pro eo datam, et non aliquam pro eo ammittit penam.

[hasła: skarga, przysięga, konfiskata, koń, kradzież, sprzedawca, srebro, kara]

[83] De debito mortue manus. LXXXVI

Si vir conqueritur super virum pro debito mortue manus, et ipsum informare voluerit secundum iuris edictum, hoc facere potest unica manu tacto sacramento, dixerit si ipse consensit. Si autem dixerit hic, super quem querulatur, quod debito nesciat aut ille persolverit, hoc eum oportet metseptimus^a ipsum protestari.

^aw rkps. metVIIus

[hasła: skarga, dług, prawo, przysięga, zapłata, zobowiązanie, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik]

[84] Pater potest filium proprie manus iuramento eximere. LXXXVII

Si vir cum scitu ad iusticiam se exhibuerit, et alter noluerit, et vulneret illum non queru/[J]lando absque iure, et iste vulneratus ad defensionem veniat, et mutuo illum vulneret, et hic, qui primo vulneravit suum adversarium, prius ad iudicium veniat et conqueratur, et alter, in quo pax sit violata, ecciam post adveniat eadem die et circa lucem diei, et dicat, quod inicium illius fuit et non suum. Si hoc, ut iuris est,

metseptimus^a protestabitur cum hominibus probis, qui audiuerunt et viderunt, vel qui tunc presentes fuerunt, extunc aquirit primam querelam. Vir filium suum vincat iuramento potest eximere, qui est in suo pane non uxoratus, tacto sacramento sit, quod filius suus huius facti non sit reus. Si autem noxa una tam super patrem, quam filium fuerit querulata simul, extunc patrem semper primo oportet eximere de tali noxa.

^a w rkps. metVIIus

[hasła: sprawiedliwość, zranienie wzajemne, skarga, obrona, sąd, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, syn, zastępstwo]

[85] De accione manifesta mulierum. LXXXVII

Si femina deprehensa fu[er]it in facto manifesto sicud in homicidio aut vulneribus /s. 133/ duellaribus, vir proprius est vincere metseptimus^a cum hominibus fidedignis, quam ipsa innocens fieri possit. Extunc ipsam iudicium pati oportet. Si autem vir querulatur super feminam pro homicidio aut vulneribus, quod eadem die sit factum ac visum, et si mulier fecerit fideiussorie caucionem supra ius, extunc femina proprius est evadere metseptima cum hominibus fidedignis, quam aliquis eam vincere possit. Si autem mulier inculpatur pro querela pernoctatis, eo proprius est evadere unica sua manu^b tacto sacramento, quam aliquis vincetur possit, aut aliquid pro eo pati.

^a w rkps. metVIIus; ^b w rkp. skrót manum

[hasła: kobieta, zabójstwo, zranienie, gorący uczynek, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, niewinność, skarga, uwolnienie od skargi, zwłoka]

[86] De viro duplices habente pueros. LXXXIX

Si vir duplices habuerit pueros et primo ante exponendo eradicavit, et si {si} secundis pueris aliquid postea dederit in suis bonis, si idem vir moritur, hoc pueri attollunt. Extunc quicquid superfluum fuerit, hoc equaliter inter se con dividunt, quia omnes equales sibi fuerunt in natura.

[hasła: dzieci, wydzielenie, darowizna, dobra, równy stanem, podział]

[87] De [/] scabino coram iudicio male tractato. XC

Si vir indecenter in iudicio bannito increpaverit, si hoc probaverit per suos consodales, qui audiuerunt, illum oportet emendam dare scabinis et iudici penam.

[hasła: ławnik, sąd wyłożony, zniewaga, sędzia, kara sądowa, mulkta, nawiązka]

[88] De promissa fideiussione ex parte homicidii super hereditatem et excessionem fideiussionis. XCII

Si super virum querela fuerit facta pro homicidio vel pro vulneribus, et ipse se ad ius accomodaverit circa suam hereditatem ad comparendum, et non comparet, et profugus fuerit factus, tunc debet invocari, ut est iuris. Et si tunc non comparet in iudicio eodem, tunc debet proscribi et recompensa super suam computatur hereditatem, et iudici sua pena. Ecciam nullus cogi potest alicuius iure fideiussores ponere, nisi prout sua extendet se recompensa, nisi sit pro debito peccuniali^a, quod sit maius.

^a możliwy odczyt peccuniam

[hasła: skarga, zabójstwo, zranienie, uczieczka, prawo, sąd, zapłata, wynagrodzenie, dziedzictwo, spadek, kara sądowa, mulkta, poręczenie, zabezpieczenie, dług]

[89] De inculpacione nocturnali. XCII

Si casu in clara die oritur contencio et si probus vir pro eo acusetur, qui ibi non fuerit [s. 134] visum, de quo proprius est evadere metseptimus^a cum hominibus fidedignis, qui fuerunt presentes, quam in eo duellum aquirere possit. Si autem super virum ydoneum circa noctis horam querela fuerit facta pro homicidio [s] aut vulnere duellari, que tempore noctis sunt, de quo proprius est evadere metseptimus^a fidedignis, circa quos tunc hoc erat perpetratum et sit innocens de facto.

^a w rkps. metVIIus

[hasła: skarga, bliższość do dowodu, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, pojedynek sądowy, zabójstwo, zranienie, przestępstwo nocne, uwolnienie od skargi, niewinność]

[90] XCIII

Quem vir pro prolocutore rogaverit, hunc verbum suum loqui oportet, nisi se excusaverit cum pena.

[hasła: pełnomocnik, prawo, kara]

[91] Mortuo viro mulieri ad suppelle[cti]lia oves assignantur. XCIII

Si quando vir moritur, tunc uxori iure^a oves dari debent ad suppellectile, ubi ierint. Et nemo potest nec pro homicidio, aut vulneribus, seu pro aliquo debito suum auxilium probare iuramento.

^a odczyt niepewny

[hasła: gerada, mąż, wdowa, zabójstwo, zranienie, poddany]

[92] De iuramento male tractatoris. XCV

Si vir promiserit unum iuramentum coram iudicio pro enormibus verbis aut depilacione, [/] vulneribus, sanguinis effusione, de quo solutus non potest dimittere, nisi fuerit cum iudicis consensu.

[hasła: przysięga, sąd, zniewaga, wola, zgoda, zranienie]

[93] Pueri carentes mundibordio non coartantur. XCVI

Interim quando pupilli suum mundibordium verum non poterint habere, quousque nullus ipsos ad aliqua potest deducere iudicialia, nisi prius ad annos pervenerint pubertatis.

[hasła: pupil, opiekun, lata sprawne]

[94] Si quis alteri sue hereditatis quitquam edificaverit. XCVII

Si vir super alterum conqueritur, quod sibi aliquid abedificaverit [s] de sua hereditate, hoc ille, qui eam habet in sua possezione melius oportet unica manu, nisi ille ipsum testimonio fuerit allocutus. Extunc possessor cum testibus servat illa, si vult.

[hasła: skarga, dobra, dziedzictwo, spadek, posiadanie, świadek]

[95] XCVIII

Ex quo cives Međburgenses veram accionem ac responsivam tenuerint et se coram ipsorum domino episcopo aut burgrabio aut iusticiam exibuerint circa ius civitatis, tunc nemo eos extra civitatem in alio iure occupare potest in iudicio aliquo.

[hasła: mieszczanin, Magdeburg, burgrabia, właściwość sądowa, prawo miejskie]

[96] De impedimento coram iudicio. XCIX [s. 135]

Nullus alterum impedire debet coram iudicio, e quo fuerit bannitum cum iniuria cum talibus impedimentis, que ipsum impedire possint in sua querela, sicut clamore aut turpiloquii, aut ceteris insolenciis fecerit. Si hoc contra iusticiam fecerit, et si paciens

poterit protestari cum iudice et duobus scabinis, extunc suam aquiretur emendam, iudex suam penam acquirit. Et si hoc contingit in iudicio castellani, tunc tria talenta demerentur, et in iudicio sculteti viii solidis. Et ubi homo acquirit suam emendam, ibi et iudex suam penam acquisivit.

[hasła: sąd wyłożony, skarga, przeszkode, sprawiedliwość, sędzia, ławnik, nawiązka, kara sądowa, mulkta, kasztelan]

[97] De sculteto nolente iudicare. C

Nunc attendatis super eo, si scultetus aliquem {impediret} impedierit in sua querela et sibi iusticiam non fecerit, et sibi hoc iniuste recuset. Si super eo coram advocate fuerit impulsatus cum testibus, extunc ipsum cum testibus evadere oportet. Cum qualicumque quia testimonio super iudicem querulatum fuerit, tali ipsum testimonio iudicem evadere oportet, sive sint sca[|]/bini, sive alii iudicio astantes. Si autem coram bannito iudicio fuerit factum, tunc melius vinci testibus potest iurare, quam ipse cum testibus evadere. Si autem vir cedere voluerit a testimonio et ipsum inculpare pro suo scitu, de quo unica manu evadere possit. Quando querela coram advocate super ipsum fuerit facta pro hac causa, pro eo respondere tenetur sine mora, ita quod sibi sit iudicium bannitum, quia ipsum ibi oportet esse presentem, nisi legale impedimentum occupaverit ipsum. Quod impedimentum eum statim oportet probare. Si hoc non ostenderit et non nominaverit, et hoc per iniusticiam^a denegaverit facere se excusare demeretur, quam exercuit, et se ad iudicium iure exhibere [debet], extunc idem scultetus est advocate in decem talentis condempnatus et illi debitum suum, de quo negavit, facere iusticiam, et iterim quo illi non solverit solus, aut iure excusaverit proximo iudicio, tunc nullius iudex esse potest, nisi se ex hac culpa eximerit, secundum ut ^b est premissum. *[s. 136]* Si autem pro facto criminali fuerit, pro quo iudicium facere recusaverit, sed pro homicidio aut vulneribus, aut facto *s*, aut spolio, vel ecclesie violencia, aut incendio, aut {aut} hiis similia *s*, que noxalia facta tangunt, idem iudicium super eum ire debet, quod super ire debuerat, pro eo nec \vdash ali^c recompensam, nec aliquid aliud in hiis facere potest, nisi in hiis vincitur, ut iuris *[est]*. Si autem sibi vir videlicet pro deliqo *s* in captivitatem publicam fuerit iure presentatus ad tenendum, et si ipsum evaserit aut ammiserit absque sua culpa aut negli[g]encia ad hoc pro crimine, quod transit ad collum, pro eo solvet^d recompensam plenam. Si autem pro manu, medium solvet recompensam et hoc ipsum iuramento iurare oportet, si sibi parcere voluerit, quod ipsum sine omni culpa evaserit. Integra recompensa facit decem octo talenta et media recompensa facit novem talenta.

^a wyraźnie osobne in iusticiam; ^b wymazane est; ^c skreślone ręką pisarza; ^d znak +

[hasła: sołtys, skarga, sprawiedliwość, przestępstwo sądowe, uwolnienie od skargi, ławnik, sędzia, odpowiedzialność, przeszkode, świadek, wójt, skazanie, dług, wina, przestępstwo, kradzież, zranienie, zabójstwo, podpalenie, kara śmierci, zapłata, wynagrodzenie, przysięga, kościół]

[98] Advocatus si iniuste iudicaverit. CI

[...] Nunc de advocato attendatur, si non iuste iudicaverit, cum sibi querulatur propter amorem aut dona, aut ob aliquam causam dimiserit, vel si solus fecerit noxam iniustum, quod de iure facere non debuit, postquam iudicio sit electus ius confortare et iniurias debilitare. Si querela in iudicio super ipsum fuerit facta, tunc scultetus iudex esse debet super advocatum et per hoc cogitur cum sentenciis, quod ante ipsum oportet respondere, ut imposta[u]r[um] patebit. Petat advocatum surgere per sentenciam, quod super ipsum debeat querulare et sentencialiter petat, ut alium ponat iudicem loco suo, hoc ipsum facere oportet. Et tunc locet scultetum, sibi debet iudicare simili modo, ut advocatus super scultetum debuerit. Eodem modo advocatus iudicet scultetum. Idcirco advocatus esse absque sculteto bannitum iudicium facere non potest, quia coram eo ad ius se debat [s] exhibere, si super ipsum quisquerulatur. Si hoc contra iusticiam anno et die recusaverit, extunc domino terre iudicium vacat, quod ab eo habuit, [s. 137] et regi bannum, si cum sentenciis veris prosequatur.

[hasła: wójt, skarga, wyrok niesprawiedliwy, sołtys, sędzia, odpowiedzialność, sąd wyłożony, rok i dzień, termin, sąd królewski]

[99] De probacione violenciarum. CII

Si quis alterum fecerit domorum irruenciam die ac nocte, et si ille ipsum detinuerit in facto manifesto, et ipsum clamore ad iudicium deduxerit, si super hoc clamatores in testimonium poterit habere, extunc ille propius cum duello debet respondere, quam suo possit evadere iuramento.

[hasła: napad na dom, przestępstwo nocne, przestępstwo za dnia, skarga, sąd, przysięga]

[99a] De capto propter inquisiciones nocturnales. CIII

Si quis alteri fecerit domorum irruenciam die ac nocte, et si ille ipsum detinuerit in facto manifesto, et ipsum cum ad iudicium deduxerit, si super hoc clamatores habere poterit metseptimus^a suorum vicinorum, et si factum ostendi possit, ut iuris est, illi ad collum transit. Si autem factum manifestum ostendi non potest, extunc ille propius est evadere metseptimus^a, quam per eum vinci possit.

^a w rkps. metVIIus

[hasła: napad na dom, przestępstwo nocne, przestępstwo za dnia, skarga, sąd, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, krewny, kara śmierci, prawo, gorący uczynek]

[100] De violenciarum probacione. CIII

Insidias ut supra domorum irruenciam burgrabius iudicat et nullus alter nec ecciam scultetus. Si domorum irruenciam pro/l/babiliter potest ostendi cum vulneribus vel edificio vulnerato, si super hoc et iudicem, et clamatores in testimonium poterit habere, extunc ille proprius cum duello debet respondere, quam suo possit evadere iuramento.

[hasła: zasadzka, gwałt, napad na dom, burgrabia, rana, sędzia, odpowiedzialność, pojedynek sądowy, przysięga]

[101] De concordia querularum. CIII

Et si vir suam tenetur *[s]* promiserit querelam, et si medio tempore concordia fuerit facta, pro eo non plus ammittit, nisi penam demeretur.

[hasła: skarga, ugoda, kara sądowa, multa, sędzia]

[102] De debito mortue manus. CV

Si vir querulatur super alterum pro debito, quod si pro suo patre teneatur, ipse debet super eo, ut iuris est, informari. Si autem voluerit iurare, quod pater suus hoc debitum persolvisset, hoc ipsum facere oportet metseptimus^a post mortuam manum. Si autem dixerit, quod hoc debitum solus persolverit, hoc mettercius^a iurabit.

^a w rkps. metVIIus; ^b w rkps. metIIIus

[hasła: skarga, dług, ojciec, prawo, zapłata, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, samotrzeć]

[103] De cane aut equo damnum faciente. CVI

Si quis equ[u]m aut canem vel aliud pecus quodcumque sit suum, quod careat loquela, si hoc fecerit dampnum, et si dicit suum non esse dampnum perpetrato, hoc sibi in \vdash sibi^b \dashv suo iure non nocebit.

^a skreślone przez autora podstawy

[hasła: koń, bydło, szkoda, prawo]

[104] [s. 138] Si quis spoliat suos civitatenses. CVII

Si quis spoliaverit suos civitatenses, qui proprium aut feodium vel hereditatem habuerit intra municipalia et si hoc non prehabita faciat querela ante dominum terre vel ante suum iudicem, illi sua edifica ab iudicari debent supra suam curiam et execari, et edifica illa erunt sentencia et omnibus hominibus publicentur. Si autem iudicialiter

edificia fuerint abiudicata, ita quod ibi femina vel puella fuerit stuprata intra illud edificium, ecciam debet resecari et abinde nullas deduci.

[hasła: własność, lenno, dziedzictwo, mieszczanin, sędzia, budynek, konfiskata, kobieta, dziewczyna, gwałt]

[105] De Iudeorum iuramento. CVIII

Hoc est illud iudicium et iuramentum, cum quo aut per quod Iudeus iurare debet sive evadere debet Cristianum, quod scriptum est in iure imperatoris. Ipse debet verti contra solem seorsum et stare nudipes super unam sedem, pallio indutus et pileum Iudaicum habere debet super caput. Et si lapsus ter fuerit, totidem unum [/] fertonem ammittit. Et si quarto cadet, extunc reus manet in causa, tunc dicit ille, qui sibi predicit iuramentum: “Ego te moneo, a, Iudee, per has tres litteras, per hanc legem, quam [a] Dominus dedit Moysi in tabula lapidea in monte Synay, quod iste liber aut hoc rodale verum et iustum sit, super hoc, quod tu Iudee iurare debes huic Christiano^b, S, tali nomine pro tali causa sive culpa, pro qua te huc iurare ad responcionem deduxit.” Extunc debet sic iurare, et sic dicet: “Quod tu in hac causa reus non sis, qua te hic idem Christianus^c inculpat, quod te Deus adiuvet. Idem Deus, qui fecit celum et terram, aerem et rorem, et valles, frondes et gramine, et flores, quod prius non fuerat. Et si reus sis, quod te terra absorbeat, que Dathan et Abýron absorbuit, et si reus sis, quod te veneni, guta et lepra invadat, que precibus Elisey Naaman Sirum dimisit et Yesey invasit. Et reus sis, quod te ignis comburat celestis [s. 139] et caducus te invadat morbus, et sanguinis fluxus, et quod tibi accidat, ut uxori Loth, que transmutata fuit in statuam salis, dum Sodoma et Gomora periit. Et sis reus sis, quod tu pereas in tua anima et in tuo corpore et in tuis rebus. Et si reus sis, quod ad sinum Abrahe non pervenias, et ecciam ad resurrectionem nunquam pervenias, ubi Christiani^d, Iudei, gentiles ante Creatorem Dominum resurgent. Et si reus sis, quod te lex deleat, quam Deus dedit Moysi in monte Synay, quam Deus solus scripsit digitto suo supra tabulam lapideam, et ecciam te confundat omnis scriptura, que scripta est in quinque libris Moysi. Et si tuum iuramentum non fuerit iustum et mundum, quod deleat te Adonay et sue [s] deitatis potencia. Amen.” Nunc omnes dicite: amen.

^a wymazane S; ^b Xpiano; ^c Xpianus; ^d Xpiani

[hasła: przysięga, Żyd, Chrześcijanin, prawo cesarskie, Mojżesz, Synaj, powód, Sodoma, Gomora, Lot, Synaj, Datan, Abiram, Elizeusz, Naaman, Jozue]

[106] CIX

Nunc placeat audire et intelligere, quomodo de [s] presens scriptum ex ratione [s] veridica. Primo Imperio et quomodo terre Saxonio ab inicio ius fuit constitutum et confirmatum in suo iure, sicut ab antiquo tempore Babilonia tenebat. Ubi stetit Imperium et [/] regnabat potenter per omnia regna, quia nemo Neroth gentilis rex

primo Babiloniam edificavit et circumcinxit civitatem nimia amplitudine, et edificavit in ea multas et altas municiones, unde usque in primis *[s]* municipale nominatur. Et ibi erat idem manens rex Nemroth ac duces multi et ceteri viri famosi, qui viri nunc mercatores vocantur, et omnes uno utabantur *[s]* iure, quod municipale ius appellabatur, unde bene in libro presenti patebit. Unde nomen sorciebatur absque cuiuslibet transmutacione. De imperio quamdiu stetit et de eius potencia. Nunc dicetur quamdiu steterit imperium et potenter absque permutacione usque ad Greciam a tempore Darii secundum *[s]*, aut ultimi, quem rex Alexander Maximis et sediciosis devicit bellis. Tunc transmutatum fuit Imperium a Babilonia et stetit in Constantinopolim^a usque ad illud tempus, quo se Roma de Imperio intromisit, et potenter obtinuit usque ad presens tempus ex parte beati Petri, qui caput est Christianitatis. Cum Imperium Romam versum fuisset, ibi stetit, videlicet in premissis. Tunc Christiani absque iure fuerunt, idcirco quivis pro sua in terris faciebat *[s. 140]* voluntate, aut quicquid facere poterat et perficere, et hoc absque querela permanit et pre *[s]* iudicium inultum, quia nullus fuit, ubi quis iusticiam consequi posset, et usque ad illud tempus perseveravit, quo se Roma de Imperio intromisit. Et ipsi ibi venerunt et iusticiam ibi consequeti fuerunt, et ibi exhibuerunt manus, unde manu pacem obtinuimus usque ad presens. Tunc Romani convenerunt et decreverunt deliberando, quomodo regna sibi subiugare possent. Et omnes unanimi consensu pari consilio concordaverunt, quod edificant castra in t[er]ris, unde sibi terras possent subiugare. Et cum hoc fecissent, tunc arbitrati sunt, sibi quomodo castra confortarent, ut ipsis essent in iuvamen. Et illos acceperunt, qui nomen militale habuerunt, et eos super castra locaverunt cum tali iure, ut hucusque castrense ius tenet in castrensi feodo. Extunc deliberaverunt, qualia iuris statuta terris constituere vellent et terris tale ius constituerunt, quale adhuc in terra Saxonie protestatur, per Con[st]antinum imperatorem et per Karolum cesarem.

^a w rkps. Constantino polim

[hasła: cesarz, cesarstwo, Saksonia, Babilon, Nemrot, prawo miejskie, Grecja, Dariusz II, Konstantynopol, Aleksander Wielki, cesarstwo, św. Piotr, Cesarstwo Rzymskie, chrześcijaństwo, Chrześcijanin, sąd, Rzym, rzymianin, zamek, zgoda, rada, prawo, Saksonia, Konstantyn Wielki, Karol Wielki, książę]

[107] CX

Nunc audire et intelligere potestis, quod principibus et baronibus, et aliis omnibus, qui digne nomen sortiuntur, quomodo ipsi cum Romanis sunt arbitrati, quid facere vellent, quo iure Imperium deberet permanere. Et statuerint regi ius cum consilio, quod ipse sedem rationi regni regere deberet ex parte beati Petri cum gladio seculari, unde adhuc Romanus advocatus appellatur. Idcirco vitam suam non potest demereris, nec in suo honore debilitari, nisi tribus causis, que in sequentibus patebunt. Quarum prima est illa, si sedem Romanam destruere vellet. Secunda est, si contra fidem vellet facere Katholicam. Tercia est, sine causa legali vellet suam dimittere uxorem legittimam. Quorum unum trium, quod absit, fuerit convictus, extunc debet

amputari cum aureo delabro^a— debet iudicari, capud sibi debet amputari cum aureo delabro. Propterea quia ipse est rector gladii temporalis, cum habet iudicare hos omnes, qui noxam et iusticiam fererunt, aut qui [s. 141] caput demerentur. Et si insuper omnibus commisit, qui iudicis nomine censentur cum eo protegere viduas, pupillos, et domos, et omnes iniurias humiliare et iusticiam confortare. Insuper iudicium commisit omnibus iudicibus temporalibus cum eo iudicare super omnes hos, qui in maleficiis fuerint deprehensi facto manifesto, ad iudicium capti, deducti et fuerint convicti, ut ius dictaverit. Ubi omnes iudices soli debent iudicare, vel preco ipsorum loco. Eodem modo ut iudices habent temporalem gladium a rege. Eodem modo sacerdotes habent spiritualem gladium ab Apostolico.

^a skreślone ręką pisarza

[hasła: cesarstwo, św. Piotr, Rzym, chrześcijaństwo, baron, miecz, katolik, wdowa, sprawiedliwość, gorący uczynek]

[108] CXI

Nunc intendo attendatis, quis cesarem iudicare debeat, si ex hiis tribus prenisis in uno fuerit convictus. Hoc facere debet Sacri Imperii Rhenensis palatinus, qui imperatori ac Imperio fuerit arbitrio positus. Simili modo, ut imperatorem palatinus debet iudicare, eodem modo iudicat burgrarius marchionem pro suo [s] culpa, et burgravius scultetum.

[palatyn reński, marchia, burgravia, sołtys, cesarz, król, lenno]

[109] CXII.

[] Extunc mercatores dicebant ad cezarem, quam libenter scire vellent, in quo iure permanere possent. Tunc iudicavit ipsos imperator cum consilio Romanorum ad quas manu potentes [ss], quod edificant sibi civitates firmas cum muris et turribus. Tunc plus dixerunt ad imperatorem, quod libenter scire vellent, quo iure stare deberent. Extunc imperator dedit eis tale ius, quale cottidie in curia sua solebat habere. Et hoc confirmavit eis cum consilio Romanorum et cum venditis [s] signis. Et suam manum exhibebat, quam apprehendit quidam mercator, et dexteram cirothecam sibi de manu traxit, super qua pax beati Petri fuit confirmata quasi cruce. Quod hucusque permanet in exemplum, ubi nove civitates edificantur aut fora, quod ibi crux ponitur super forum. Et in eo probatur et apparet, quod cum voluntate regis est factum. Sic ex quo municipale ius ab antiquo hucusque permansit et ab Imperio confirmatum et nomen obtinuit usque in diem presentem.

[hasła: kupiec, cesarz, rzymianin, św. Piotr, miasto, rynek, krzyż, wola, król]

[110] CXIII

Nunc attendatis de civitate Meyburgensi. Cum [s. 142] primo Meydemburg locata fuerat seu fundata imperatoris Othonis Magni consilio, et cum terre arbitrio, et fuit stabilita in suo iure, sicut nunc tenet in suo iure municipali secundum consuetudinem antiquorum, et Hallis civitas ex ea est fundata, idcirco utraque uno [s] utitur iure. Eapropter omnes de Polonia et de Bohemia, qui sub iure Theutunico sunt locati et de marchia de Misnensi provincia, et de marchia Luzicziensi, hii omnes ius suum in Hallis recipere debent, et de civitatibus, que in hiis statutis sunt locate. Et si sentenciam ignoraverint aut defectum in ea habuerint, hanc oportet querere in Maydburg. Idcirco, quia omne municipale ius protegit, quod iure terrestri fieri non potest, qui cum sentencia reprobata de marchia ad comitatum trahi possit, quia marchio secundum suum arbitrium aut propriam graciam iudicat, quod comes non facit, sed iudicat sub banno regio. Hoc idem fit in omnibus civitatibus, ubi sit bannum regium, ubi vir demeretur tria talenta iudicii feodato sub regio banno. Si autem iudi/[l]catur sub regio banno, tunc sculteto octo solidi demerentur de iudiciis sentenciis scabinorum. Idem fit burgrabio. Scabini xi debent esse, et scultetus sit xii^a, quia burgrabio primam sentenciam diffinire debet. Quia burgravius nullum iudicium absque sculteto banitum habere potest, nec scultetus absque xi his scabinis in vero loco iudiciali.

^a w rkp. xiius

[hasła: miasto, Magdeburg, Otto Wielki, prawo niemieckie, zwyczaj, Halle, Polska, Czechy, Miśnia, Marchia Łużycka, wyrok, skarga, sąd królewski, sołtys, sędzia, ławnik, burgrabia, sąd wyłożony]

[111] CXV

Nunc attendatis de Hallis, ubi ius suum querere debet, si ipsum ignorant, aut si ipsis sentencia fuerit probata. Hanc in Meyburg querere debent et Maydburgenses ipsis dare debent ante quatuor scamna et scabinis ipsorum ius dare debent, quia imposterum oportet eos esse testes, si fuerit necesse, quod sentencia rite ac rationabiliter sit data absque qualibet contradicione. Et ibi nuncii presentes esse debent, ubi sentencia diffinitur, ex utraque parte, sentencia reprobata fuit, qui audierunt et viderunt, quod utraque iustici [ss] fiat. Et iudex ipsos in expensis debet procurare exeundo et reddeundo. Si sentencia in banno regio fuerit reprobata, tunc debet reportari infra xviii ebbomadas. Si autem sub comitis banno fuerit [s. 143] reprobata, tunc reportari debet infra duas septimanas, quia scultetus bannum habet a comite et sculpeciam a domino terre. Idem quam vero habet burgrabius bannum a rege, et iudicium a domino terre.

[hasła: Halle, wyrok, Magdeburg, odwołanie, apelacja, ławnik, świadek, sprzeciw, sędzia, sąd królewski, termin, sołtys, burgrabia, prawo]

[112] Nunc attendendum, si in Meydeburg reprobaretur, quomodo aut ubi eam querere aut invenire deberent. Ipsi se debent in Scharthowo alias Starkow, ultra Elbiam, et ibi

acciunt quatuor seniores viros, quos ibi poterint invenire. Hoc iccirco, quia diucius stetit, quam Meydeburg, et cezar Otho a tempore diurno constituit ducatum, et omnes uno eodem iure sunt constituti. Tunc trahunt cum eisdem quatuor senioribus, quos de Starkow efferebant et reddeunt in Meydeburg ante pallacium et curiam, que imperatoris Othonis Ruffi fuerat, qui pallacium ipsis formaverat, in fine sumi, ut in premissem patet et in subsequen/*l*tibus patebit, quia continue pro una sentencia reprobata ad Imperium se trahere non potuerunt.

[hasła: Magdeburg, apelacja, odwołanie, Łaba, Schartau, starszy, cesarz, Otto Rudy, wyrok]

[113] Nunc attendatis de pallacia, per quem modum ipse pallaciam fecerit. Recepit eosdem quatuor^a seniores de Scharthow, et quatuor^a canonicos, qui habuerunt prelaturas in sumo: primus prepositus, secundus decanus, tertius episcopi vicarius, quartus collerarius. Insuper recepit quatuor innatos ministeriales ecclesie maioris in Meydeburg: unus fuit marchalcus, secundus dapifer, tertius pincerna, quartus camerarius. Insuper recepit \vdash tres^b \dashv xi scabinos de civitate et scultetum duodecim. Insuper recepit tres duces laycos, qui primi sunt in eleccione imperiali, et quartus, quem recepit supremus, fuit advocatus ecclesie maioris in Meydeburg, hoc est burgravius. Tunc imperator recepit hos viginti octo viros prenominatatos [s. 144] et insuper sedes ipsos locavit pallacie, et dedit eis potestatem ex sui parte, quecunque sentencia in Meydeburg diffiniri non posset, ut reprobaretur, hoc ibi debent [s] recipi, et quicquid ibi daretur rite hoc ac rationabiliter pro iure municipali debent [s] teneri.

^a w rkp. *iiii^{or}*; ^b skreślone przez autora podstawy

[hasła: palacja, cesarz, Schartau, kanonik, prepozyt, dziekan, zastępca biskupa, szafarz, prałatura, baron, Magdeburg, marszałek, stolnik, cześnik, podczaszy, szambelan, ławnik, burgravia, kościół, prawo miejskie, odwołanie, apelacja, wyrok]

[114] Et cum sentencia ante pallaciam fuerit data, tunc debet dari in signum xxiiii viris, cuilibet unum solidum aureum, et quilibet solidus debet xii valere solidos talis peccunie aut talium denariorum, cum quibus ibidem consuetudo fuerit forisandi. Tunc hiis quatuor dantur quatuor^a marcas^b aureas, et quivis marca^c xii argenteos [s] debet valere. Hoc datur hiis xx quatuor^a viris. Hoc illi dare tenentur, quibus sentencia ad profectum fuerit inventa. Sed iste, qui in sentencia defecerit, qui eam reprobavit, extunc magis solvere quam ille, cui sentencia data fuerit ad utilitatem.

^a rkps.: *iiii^{or}*; ^b w rkp. *mercas*; ^c w rkp. *merca*

[hasła: palacja, wyrok]

[115] [] Nunc attendatis, qualium plus dare oportet. Ipse dare tenetur scabino illi suam emendam, cuius sentenciam reprobavit, quam invenit, si iuste fuerat diffinita, et iudici suam penam. Si autem ante consensum aliorum scabinorum fuerit reprobata, tunc

cuilibet scabino datur emenda et iudici tociens sua pena. Si autem ipsa in Hallis reprobata fuerit et in Meydeburg invenitur, et pariter ibi reprobabitur, extunc ambe dabuntur emende et pene in Meÿdeburg et Hallis, hoc fecit Ruffus rex Otho taliter pro eo, quod municipale ius sisteret, sicut ab ante quo tempore hucusque stetit, et ibidem fecit ducatum trans Albam.

[hasła: ławnik, zadośćuczynienie, wyrok, apelacja, odwołanie, kara sądowa, mulkta, zgoda, Otto Rudy]

[116] Nunc volo dicere vobis illa J [s], quo debeat de pallacia convenire, et diffinire volo pro tribus istis, ut in precedentibus est predictum.

[hasła: palacja]

[117] Scultetus de Meydemburg debet recipere [s. 145] litteram civitatis cum sigilo ipsius pendente. Hanc litteram debet mittere supremo advocate maioris ecclesie, hoc est burgravius in Meydeburg, ad quam suam propriam litteram sigilatam debet recipere literam regis, et suum sigillum appendens, si ipsum habere possit Theutunia. Has quinque litteras debet recipere burgravius de Maydeburg. Et eas primo mittere debet duci Saxone cum hiis, qui cum sentencia traxerunt, et cum scitu horum xx quatuor^a virorum, qui prius sunt prenominati. Post hoc mittere debet morogravio de Brandenburg. Tercio debet mittere palatino Renensi. Hii tres primi duces laici sunt in electione imperiali, cum novus rex eligitur de terra Theutunica.

^a w rkp. iiiij^{or}

[hasła: sołtys, Magdeburg, margrabia, palatyn reński, Brandenburg, dokument]

[118] Hic audire et intelligere potestis, quomodo hii omnes domini citari, qui in premissis sunt nominati. Ipsi ad pallaciam ire debent et scultetus burgravium citare debet primo, secundo [/] et tertio, semper ad sex ebdomadas. Et si in tercia non comparuerit citatione, extunc ad eum hii tres laici duces mittunt. Tunc regi de qualibet citacione tres mercas aureas demeretur, quarum quelibet merca^a aurea xii mercas^b argenteas debet valere. Et si post hoc ultra sex septimanas non comparuerit, se excusare coram rege, ubi ipse fuerit. Extunc omnia sentencialiter ecclesie maiori vacabunt, que ab ea habeba[t] regi bannum vacabat, et post hoc proscribunt eum in regis illigalitate.

^a w rkp. merca; ^b w rkp. mercas

[hasła: pozew, palacja, burgravia, sąd]

[119] Eodem modo sicut scultetus citat burgravium. Sic burgravius citare debet hos tres principes sub banno regio. Et si in tercia non comparuerit cttatione, ut est

predictum, extunc de qualibet citatione quivis eorum xviii mercas^a regi demeretur. Etsi non eadem vice comparuerint iusticiam iuva[re] et recipere ius, actamen illi suam sententiam et ius suum debet dare ante pallaciam.

^a w druku mercas

[hasła: sołtys, burgravia, sąd, król, pozew]